Küstr.
4978 (2b Urkunden-Buch

<36601492910015

<36601492910015

Bayer. Staatsbibliothek

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

HERAUSGEGEBEN

VOM

VEREINE FÜR LANDESKUNDE DES ERZHERZOGTHUMS ÖSTERREICH

OB DER ENNS.

ZWEITER BAND.

Staatsbibliothek
München

BIBLIOTHECA REGIA

CCLXXXV.

1189. 11. April. — ***Diepold, Bischof von Passau, weiht die Kirche des heil. Egid zu Aigen an der Welser Brücke und macht Bestimmungen über die Bezüge der Kirche, des Messe lesenden Priesters und zur Herhaltung der Brücke.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Diepoldus* dei gracia Patauiensis episcopus uniuersis Christi Fidelibus salutem in perpetuum. Sedis ipsius, cui per habundanciam diuine pietatis presidemus, reuerencia cohortamur, ut profectibus eius propensiori sollicitudine intendamus et inter cetera sollicitudinis nostre exercicia saluti anime nostre prouiribus consulamus. Ea propter innotescat Christi Fidelibus, quomodo *ecclesiam sancti Egydij in capite pontis apud Welsam* sitam ad honorem dei et laudem dedicauimus et ob reuerenciam beati Egydij et remissionem peccatorum nostrorum terciam porcionem oblacionum ad manus sacerdotis oblatarum, duas uero ad altare ipsius ecclesie positas refectioni pontis eiusdem in Welsa contulimus, et quod residuum fuerit, sacerdoti ibidem missarum sollempnia celebranti, sicut decuit, dimisimus. Ad hec quoque dimidium mansum in *Dorfhaim* per *Pernhardum de Ahlaciten* et per manum filiorum eius *Walchvni*, *Hertwici* et *Ottonis* super altare beati Egidij delegatum, et ortum in eadem uilla situm, nec non et duo mancipia per *Fridericum de Hage* et filium eius *Heinricum* eidem ecclesie tradita usibus prefati sacerdotis assignauimus et capellam eandem terminis plebesane ecclesie de *Talhaim*, cum tamen in territorio eius esset sita, conterminauimus. Ceterum ne id, quod tam racionabiliter a nobis factum est, retractari ualeat, presentis scripti paginam sigillo nostro communimus et testimonio eorum, quorum nomina infra continentur, corroboramus. *Manegoldus* abbas de Chremsmvnster, *Marquardus* plebanus de Wels, *Mangoldus de volfsbach*, *Engelbertus de Wizchirchen*, *Heinricus de Pettenbach*, *Fridericus de Hag* et filius eius *Heinricus*, *Heinricus de Lonstorf*, *Lantfridus de Ebelsperch*, *Gerloch de Viehten*, *Hvgo de Pechenloch* et alii quam plures. Actum feliciter anno M°C°L°XXX.IX. III Idus Aprilis.

Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 60, Nro. 47, ex cod. Fridericiano.

Digitized by Google

CCLXXXVI.

1189. Im Juli. Krems. — *Diepold, Bischof von Passau, bestätigt wiederholt und gemeinsam mit dem Grafen Otto von Velburg, als Vogt des Klosters Waldhausen, den Verkauf der Güter dieses Klosters im Lungau an das Domkapitel von Salzburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Theobaldus* dei gracia *Patauiensis* episcopus vniuersis christi fidelibus imperpetuum. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande diffinicionis intencio pastoralibus studiis semper sint iuuanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iusta et legittima conuencione pertractata fuerint, in recidiuum relabi scrupulum non possint. Ea propter omnibus christi fidelibus innotescere uolumus, quomodo *Gotescalcus Walthusensis* prepositus una cum consensu fratrum suorum possessiones, quecunque in *Lungov* ecclesie *Walthusensi* attinebant, tam cultis quam incultis, quesitis et inquirendis, molendinis, molendinorum locis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, agris, pratis, siluis, pascuis montanis et planis, cum mancipiis omnique integritate iuris, quo eadem predia sue ex antiquo pertinebant ecclesie, *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro imperpetuum libere ac quiete possidendas pro centum et decem marcis frisacensis monete uendiderit atque tradiderit, salubri super hoc habita deliberatione, ut ex eodem precio uiciniora et comodiora predia sue conquireret ecclesie. Hanc igitur prouidenciam utriusque partis utilem prospicientes, quia *walthusensis* ecclesia cum omni iure suo *Patauiensi*, cui licet inmeriti presidemus, integraliter attinebat et eo respectu sine auctoritate nostra predicta uendicio rata plenarie haberi non poterat, nos utrique parti prouisum esse cupientes inposterum ad peticionem predictorum *Gundacheri Salzburgensis* et *Gotscalci walthusensis* prepositorum de consensu et coniuencia tocius chori nostri pretaxatam uendicionem auctoritate nostra corroborantes tam manu nostra quam aduocati *Walthusensis* ecclesie *Ottonis* comitis de *velburch* prenominatas possessiones in *Lungov* sitas eidem *Gundachero* preposito et ecclesie sue choro potestatiue delegauimus. Hiis sane tam congruo racionis moderamine peractis contigit quosdam *walthusensis* ecclesie fratres simul cum sororibus cassa plenitudinis mobilitate super uendicione eorundem prediorum intensius turbari ac sepenumero dictam conuencionem in irritum a nobis reuocari instanter postulare. Illorum itaque

Digitized by Google

inconsiderati ausus importunitati quamquam usus et equitatis censura prorsus esset contraria, nostri tamen interuentu consilii prememoratus Salzburgensis prepositus suorum assensu fratrum uoluntati nostre consuetus satisfacere, marcas XV frisacensis monete, ut omnium sibi in hoc negocio detrahencium excluderet liuorem, *walthusensi* prepositо et ecclesie sue collegio una cum cypho argenteo superaddidit ac demum tocius congregacionis tam clericorum quam fratrum conuersorum et sanctimonialium *walthusensis* ecclesie obtento in predicta uendicione consensu factum ipsum roborari nostroque iure ac beniuolencia peciit consummari. Nos ergo debitum nostre deuocionis circa *Salzburgensem* sedem attendentes ipsius karissimi nobis in christo amici *Gundacheri* prepositi et ecclesie sue chori precibus libenti animo consensimus et ne pretaxata uendicionis series ullo deinceps retractari ualeat ingenio, presentis pagina scripti sigilli nostri munimine signata confirmare dignum duximus. Ne quid preterea ingeniosus liuor ad sue prauitatis comentum hac parte inueniat, testes ex ordine placuit conscribere. Horum hec sunt nomina: *Manegoldus abbas de Chremsmunsture, Otto prepositus patauie, Tagino decanus, Burchardus de Chambe, Odalricus prepositus de Ardacher, Megingotus archidiaconus, Wernherus prepositus de Matse, Meginhalmus plebanus patauiensis, Richerus prothonotarius, Patauienses* canonici. *Rodmarus abbas de Chotwich, Chonradus abbas de Medelich, Wintherus abbas de Altenburch, Perhtoldus prepositus sancti Georij, Heinricus prepositus ecclesie sancti Nycolai, Marchwardus prepositus de sancto Andrea, Sigboto decanus de Chrems, Chonradus decanus de Ramuolspach, Chonradus decanus de Louchse, Pilgrimus decanus de Tulin, Albertus decanus de sancta agatha, Otto prepositus de sancto Leonhardo, Albertus plebanus de Stadelowe, volmarus plebanus de Gors, Marchwardus plebanus de Rakz, Hermannus plebanus de Tobraichschirchen, Dietricus plebanus de Mistelbach, Eberger plebanus de valwa, Eberger de Abstet, Sarilo plebanus de Gowats, Gotfridus plebanus de Niwenchirchen, Gotfridus plebanus de Werde, Gotscalcus plebanus de Wldinesdorf, Vlricus plebanus de Sigehartschirchen, Gebehardus plebanus de Chapell, Rodolfus plebanus de Herzougenburch, Meginhardus plebanus de Stainchirchen, Albertus plebanus de Pecenchirchen, Arnoldus plebanus de frowendorf* et alii quam plures honorati uiri. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. C. LXXXVIIII. mense julio

Digitized by Google

in capitulo celebrato *Chrems* jura poli *Clemente* imperante, jura fori *friderico* feliciter administrante.

Aus den sogenannten: Salzburger Kammerbüchern im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCLXXXVII.

1190 (?). — *Diepold, Bischof von Passau, bestätigt und bezeugt wiederholt den Verkauf der Besitzungen des Klosters Waldhausen im Lungau an das Domkapitel von Salzburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Theobaldus* dei gracia *Patauiensis* episcopus *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro in perpetuum. Pastoralis consideracione officii compellimur iustis quorumlibet ecclesiarum rectorum contractibus, quociens nostre indiguerint auctoritatis munimine, benignum prestare fauorem. Eapropter omnibus christi fidelibus innotescere uolumus, quomodo *Gotescalcus Walthusensis* prepositus una cum consensu fratrum suorum plurium et meliorum predia, quecumque in *lungowe* et *ketelenbrukke* et *junah* ecclesie *Walthusensi* attinebant, tam cultis quam incultis, quesitis et inquirendis, molendinis molendinorumque locis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, agris, pratis, siluis, pascuis montanis et planis, cum mancipiis omnique integritate iuris sui *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro imperpetuum quiete ac libere possidenda pro Centum et decem marcis monete frisacensis uendiderit atque tradiderit salubri super hoc habita deliberacione, ut ex eodem precio uiciniora et comodiora predia sue conquireret ecclesie. Hunc igitur contractum utrique parti utilem fore prospicientes, quoniam *Walthusensis* ecclesia cum omni iure suo *patauiensi* ecclesie, cui licet inmeriti presidemus, integraliter attinet et eo respectu sine nostra auctoritate predicta uendicio rata penitus haberi non poterat, nos utrique parti esse prouisum cupientes in posterum ad peticionem predictorum *Gundacheri Salzburgensis* et *Gotescalci Walthusensis* prepositorum de coniuencia et consensu tocius chori nostri pretaxatam uendicionem roborantes prenominata predia in *lungowe* et *ketelnbrukke* et *junah* sita predicto *Gundakaro* preposito *Salzburgensi* et ecclesie sue choro confirmauimus. Hiis ita peractis contigit, quibusdam fratribus et sororibus *Walthusensibus* predictam uendicionem displicere, quia asserebant, predia illa precio minus iusto uendita fuisse addique sibi aliquid

Digitized by Google

debere. Quorum instancie satisfacientes preposito *Salzburgensi Gundakero* persuasimus, marcas XV. monete frisacensis superaddere, Quod et fecit et insuper, ut omnis sopiretur controuersia, addidit ex sua liberalitate marcas octo, tres sororibus, quinque conuentui reliquo nec non et ciphum argenteum octo talenta ualentem. Igitur postquam omni eorum peticioni satisfactum fuit, tocius congregacionis *walthusensis* tam clericorum quam laicorum fratrum et sororum super facto consensum singulorum et singularum subscripcione annotatum ac nobis per discretos et dilectos clericos ecclesie nostre canonicos *Burchardum de Chambe* et magistrum *Richerum* recipientes transmissum denuo pretaxate uendicionis seriem sigillo nostro munito confirmauimus appositis ibi testibus quam pluribus. Post hec uero cum sepe supramemoratus *Gotescalcus walthusensem* resignasset preposituram eique *Sigehardus* ad illam canonice electus substitutus fuisset, sepe nominatus *Salzburgensis* prepositus *Gundakerus*, ut factum suum ex omni parte firmum et inmobile permaneret, in capitulo nostro in media quadragesima *chremse* habito residuum pecunie *walthusensi* ecclesie promisse, quod *Gotescalco* priori preposito minus dederat, *Sigehardo* successori suo et fratribus *walthusensibus* pleniter persoluit et sic iterum consensum eiusdem *Sigehardi* prepositi et fratrum suorum in presencia nostri et capituli contractus superior confirmatus est. Adhuc autem ne alicuius, ad quem res ista aliquomodo spectabat, fauor deesse uideretur, quesitus est assensus *Ottonis comitis de Velburch walthusensis* ecclesie aduocati, qui delegacionem predictorum prediorum bona sua uoluntate in manus nobilis uiri *Heinrici comitis de plagin* in sollempni *Liupoldi ducis austrie* placito aput *Mutarn* posuit, ut et ipse comes *Heinricus* uice comitis *Ottonis* ipsa predia super altare sancti Rŏdberti *Salzburch* delegaret. Juri quoque suo, quod in aduocacia eorundem prediorum idem *Otto* comes habebat, receptis super hoc a preposito *Salzburgensi Gundakero* XXIIII^{or} talentis penitus renunciauit. Delegacionis autem huius et renunciacionis aduocacie testes hii interfuerunt: *Hartnidus de Imzinstorf, Chŏnradus de Stritwisen, Sigfridus Isenbutel, wintherus de Blasenstaine, wichardus, Herbordus, Ortolfus de Chlamme, Sigfridus de Munichesbach, Sigfridus, Cumpoldus et frater eius Chŏnradus de Sulzbach, Ŏdalricus de Saehsen, Baldrat de Otmarsuelde, walto et frater eius Wernhardus de Birboume, Pilgrimus de Chlenigrŭbe* et alii quam plures. Postmodum uero *Heinricus de Plagin* pecunia

Digitized by Google

walthusensibus et aduocato ad plenum soluta de fide delegacionis commonitus predia suprascripta, sicuti ei a comite *Ottone* fuerat commissum, super altare sancti Rŏdberti *Salzburch* manu potestatiua delegauit astantibus hiis testibus: *Sigbotone seniore de Surberch, Liupoldo et filiis eius Heinrico et Liupoldo de Nohsteine, Marchwardo de vorhtensteine et fratribus eius Rŏdigero et Gerhoho, Heinrico de Gebeningen, Heinrico de Chalheim, Hartwico de Sechirchen, Chŏnrado de plagin, Pabone et Engilberto de Salzburch.* Nos itaque debitam, qua tam *Salzburgensi* quam *Walthusensi* tenemur ecclesie, attendentes deuocionem, ut omnia ista premissa et antea roborata in perpetuum firma et irretractabilia perseuerent, presentis scripti paginam gestorum istorum seriem integraliter et ueraciter continentem sigilli munimine nostri signatam et testium subscriptorum auctoritate corroboratam nunc demum firmiter stabilimus. Quorum nomina sunt: *Otto Babembergensis episcopus, Otto frisingensis episcopus, Heinricus Babembergensis prepositus, Tagino decanus patauiensis, Purchardus de Chambe, Ŏdalricus prepositus de Ardacher, Wernherus prepositus de Matse, Meginhalmus plebanus patauiensis, Richerus canonicus et prothonotarius curie patauiensis, Chŏnradus de Burchusen, Chŏnradus de Sirnik, Perhtoldus dux dalmacie, Ŏdalricus comes de Berge, Hermannus comes de lapide, Albero de vihehouen, Rŏdolfus dapifer, Gotefridus camerarius, Waltherus de Tannenberch, Otto de Zaizenmure, Dietricus de werdarn, Sigfridus de Grifensteine, Duringus de Styria, Alkerus de waleke* et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M. C. XC. in dei nomine feliciter. Amen.

Aus den sogenannten: Salzburger Kammerbüchern im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Cf. Koch-Sternfeld, Beiträge, III. 51.

CCLXXXVIII.

1190. — *Hilleger, Abbt von Wilhering, beurkundet, dass sein Kloster einem gewissen Richwin für Überlassung eines Weingartens jährlich zwei Fuder Wein zu geben sich verpflichtet habe.*

In nomine summe et indiuidue trinitatis. Ego frater *Hiltegerus* dictus abbas in *wilheringen* et omnis congregatio sue fraternitatis notum facimus omnibus christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod uir illustris *Rechwinus* nomine in *euerdingen* pro remedio anime sue vineam cuiusdam *Liubmanni* et filie sue in vsum ecclesie

Digitized by Google

nostre pro XXX. marcis conparauit ea tamen conditione, ut ipse unacum filio suo *Poppone* et *Popponis* primo herede singulis annis duas carratas vini a nobis accipiant. Hec semper rata et inconcussa manebunt, nisi forte alicui istarum trium personarum memoratum argentum seu equipollens eius restituatur. Testes sunt horum *Marquardus frater ipsius Rechwini, Hartmudus, Dietpertus, Hartmannus frater eius, Albinus, Arnoldus, Wernhardus* et alii multi. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. C. XC.

Stülz, Wilhering. 489, ex libro cop.

CCLXXXIX.

1190. — *Otto II., Bischof von Bamberg, errichtet das Hospital auf dem Berge Pfahrn.*

Otto secundus dei gratia *Babinbergensis* episcopus. Sane diuine remunerationis nos admonet intuitus et pontificalis inducit auctoritas, ut plantare debeamus, que ad uirtutum spectant honorem, euellere et eradicare curemus, que honestati decorem ex integro uidentur deformare. ad hoc enim diuina prouidencia quamquam inmeriti constituti sumus. ad omnium itaque Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam peruenire cupimus, quod nos in allodio ecclesie nostre videlicet in ualle *Gerste.* diuine remunerationis intuitu et precipue ex consilio et auxilio domini *Salceburgensis* archiepiscopi et domini *Patauiensis* episcopi et conprouincialium hospitale instituimus, cui decem mansos, quos consanquineus noster dux *meranensis* a nobis habebat in feudo, ad peticionem ipsius ducis. sitos in eadem ualle, iure proprietatis contulimus, ut memoria nostra super hoc apud deum et homines habeatur et fratribus ibidem deo perpetuo famulaturis obsequia prestentur uberiora. Predictum vero hospitale et omnia bona eidem collata et conferenda domino *Salceburgensi* et domino *Patauiensi* et insuper omni fraternitati manutenenda ac defendenda conmisimus, aduocaciam autem nulli hominum concessimus nec concedemus, sed nobis et successoribus nostris reseruauimns. Vt autem hec institutio nostra perpetuum robur habeat et a memoria hominum nullatenus recedat, presentem ei paginam conscribi et sigilli nostri inpressione fecimus insigniri, quicumque enim eam infringere vel aliquomodo presumpserit in irritum reuocare, domini *Salceburgensis* et domini *Patauiensis* excommunicationem et nostram et iram celestis uindicis se nouerit indubitanter incursurum.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

Digitized by Google

CCXC.

1190. — ***Otto II., Bischof von Bamberg, schenkt dem von ihm neu gegründeten Hospitale auf dem Berge Pührn verschiedene Besitzungen.***

Otto secundus dei gratia *Babmbergensis* episcopus Statum ecclesiarum nostrarum pia sollicitudine considerantes ea, que ipsis conferuntur, pro sui qualitate memorie commendamus, ne propter prolixitatem temporum et labilem recordacionem hominum hoc, quod utiliter gestum est, consumat obliuio. ad omnium itaque Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam peruenire cupimus, quod nos ad peticionem consanquinei nostri quondam ducis Stirie ea bona, que a uertice montis *Pirtlonis* usque ad hospitale prefatus dux a nobis habuit in beneficio, culta, inculta et mansum in uilla *Swente* cum nemore sito inter *Stire* et fluuium *Piznic* iure proprietatis ecclesie sancte marie in ualle *Gerste* contulimus, ut per hoc nostra consistat salus et prosperitas et fratribus ibidem deo et sancte Marie perpetuo famulaturis uberiora prestentur obsequia. Vt autem hec donatio nostra firma et inconuulsa permaneat, presentem ei paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. C. LXXXX. jndictione X. anno pontificatus nostri XIIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive.

CCXCI.

1190. — ***Otto II., Bischof von Bamberg, schenkt dem Hospitale am Pührn eine Baustelle und ein Stück Wald am Erlibach.***

Nouerit vniuersitas posteritatis nostre, quod ego *Otto* dei gratia *babenbergensis* ecclesie episcopus jntujtv dei et precipue propter omnium pauperum jbi colligendorum jndigentjam contuli aream sufficientem jn opus hospitalis jn loco, vbi fluit *erlibahc* jn *tanpahc*. jnsuper contuli tantvm silue ex utraque parte *erlibahc* ad excolendum mansum jn usum omnium jbi transeuntium. et ad firmitatem perpetuam jnpressione sigilli mei confirmarj precepi.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

Digitized by Google

CCXCII.

Circa 1190. — *Ottakar, Herzog von Steiermark, schenkt dem Hospitale am Pühra seine Lehensbesitzungen daselbst.*

Dilectissimo domino suo O. uenerabili *babenbergensi* episcopo consanguineus suus O. dei gratia dux *Styrye* sincerum cum debita deuotione seruicium. Considerantes omni sollicitudine exortationem literarum uestrarum, intuitu quoque et admoniti diuine remunerationis uobis notificamus, quod nos ecclesie sancte maRIE in ualle *gerste* ea bona, que a uertice montis culta et inculta usque ad hospitale nobis in feudo uobis tenebatur (?), pro remedio anime nostre et parentum nostrorum eidem ecclesie perpetua donatione et uestra confirmatione conferre omni deuotione optamvs et nemus situm inter *styer* et *piezнich* et mansvm.

Original auf Pergament mit Siegelresten, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 437.

CCXCIII.

Circa 1190. Herzogenhall. — *Heinrich von Ort bezeugt, dass Udalschalk von Trübenpach mit Einwilligung seiner Mutter Gertrude seine Besitzungen zu Trübenpach und im Ensthale dem Kloster Gleink geschenkt habe.*

Ego Henricus de Ort notum facio uniuersis tam præsentibus quam futuris, quod Vdalschalcus de Trübenpach cum consensu matris suæ Dominæ Gertrudis possessiones suas tam in Trubenpach quam in Enstal sitas delegauit ad altare Sancti Andreæ in glunick perpetuo possidendas Et hæc delegatio tradita est in manu Rudolfi nobilis de Russdorf ea uidelicet ratione, quod defunctis Domina Gertrude et Domino Alberone de ort, cui tunc matrimonialiter iuncta fuit, eam sine omni contradictione executioni mandaret tam libere uidelicet, quod nullus propinquorum dicti Vdalschalci quicquam Juris sibi de Jure posset usurpare in prædiis antedictis. Fratres autem de Gleinck hanc delegationem taliter coemerunt, quod eidem Vdalschalco, cum esset in expeditionem iturus ad Sepulchrum Dominj tempore Imperatoris Friderici, qui iam erat similiter in procinctu, uiginti talenta et decem Marcas Argentj et unum equum satis bonum dabant. Testes sunt hi: Dominus Otto aduocatus, Albero de ort, Arnoldus, Rudolfus de Rüssdorf, Vdalschalcus Sachxo, Duringus de Oede, Albero

Digitized by Google

poduwiz, Henricus de Trybenpach et alij plures. Acta sunt hæc in Herzogenhalle præsente Domina Gyrtrude prædicta tempore Abbatis Marquardi secundj.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

CCXCIV.

Circa 1190. — *Otakar, Herzog von Steiermark, im Begriffe nach Jerusalem zu ziehen, stiftet eine tägliche Messe zu Garsten, wozu er zwei Mansen am Flusse Gavelenz, einen zu Uhsenberg und einen bei der Kirche Haus, widmet.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ego *Otakarvs* diuina largiente gratia dux *styrensis*, quicquid ob dei amorem locis sanctorum beniuola deliberatione concedimus vel donamus, hoc ad saluationem corporis et anime nostre fore liquido creditur, ut, qui in dei laude iugiter persistunt, exinde sepius et deuotius in nostra possint memoria permanere. Icirco notum sit omnibus nostris successoribus et sancte dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos iuxta fluuium *gabelenz* duos mansus cum nemore ad locum sancte dei genitricis marie *Garsten* fratribus inibi deo famulantibus propter remedium anime nostre et omnium parentum nostrorum, quorum traditione et auxilio idem locus constructus esse cernitur, cum omni iure, quo ad nostrum pertinebant seruicium, tradidimus, uenationibus, piscationibus, cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus, quesitis et inquirendis, exitibus, et reditibus, et ut fratres liberam potestatem habeant faciendi, quicquid ob ecclesie conmoditatem ex illis elegerint, nullo contradicente et inquietante. Insuper unum mansum *ẽhsenberch*, quem tres incolunt uiri, ob dei amorem et anime matris nostre redemptionem cum omnibus illuc rite pertinentibus super reliquias sanctorum iam dicti cenobii nos delegasse sub testimonio conprobatur. Alium uero iuxta ecclesiam *hus*, quem quedam nobilis femina domna *Gisla de cussar* pro eterne remunerationis premio eidem loco libera manu contulit, hunc in usum fratrum redisse concessimus. Huius autem tradicionis aduocatiam uel nobis uel alicui successori nostro quempiam inbeneficiare liceat. Siquis uero tocius facti transgressor extiterit, delictorum nostrorum coram deo reus teneatur. Et ut hec nostre largitionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo et nullus aliquid de bonis prefate ecclesie auferre atque ab eodem loco alienare potestatem habeat, hoc priuilegium precepto

Digitized by Google

nostro conscriptum propria manu corroborantes sigilli nostri inpressione et *Lvipoldi ducis austrie* nostri cognati iussimus insigniri. Pro his et pro ceteris bonis, que prenominatis fratribus conferre debemus, jter nostrum *ierosolimam* cum una missa de S. Maria per unius anni spatium domino cottidie conmendant et aliam post nostrum de hac luce discessum pro defunctis ob salutem anime nostre singulis diebus celebrabunt ac uelud uni eorum prebendam nobis in euum prestabunt.

Huius rei testes sunt, *Erchinbertus de haginwe, Fridericus de berge, herrandus de wildonie, Richerus de marchpurch, Dietricus de hohenstöphe, Arnoldus de wartenburch, Ernest de trun, Dietricus de pollenhaim, Fridericus de migirsdorf, Heinricus de hofwe, Albero de lohhuse, Dietmarus tapiuer et frater eius Vlricus de butenwe, Wolfger de pernrute et frater eius Ortolphus, Welfingus camerarius, Wolfpreht, Vlrich preco, Alram, Hartunch, Herrant, dietmar, Gerunc de stutaren, Cunradus Herschaph, Fridericus de schatowe, fridericus de pettowe, Heberhardus de pernöwe, Herchingerus de landesere, Heinricus de Treisen, Imbriecus magister cellarii.*

Original mit Siegelrest, im Archive zu Garsten. — Ludwig, Rel. IV. 196. — Pusch, Diplom. Garst. 57. — Kurz, Beiträge, II. 519.

CCXCV.

1191. (Nach dem 15. April.) Enns. — *Otakar, Herzog von Steiermark, erneuert dem Nonnenkloster zu Traunkirchen die Freiheit von aller weltlichen Vogtei.*

† Ego *Otachar* dei gracia dux *styrensis* notvm facio christi fidelibus cenobium *TRVNKYRchen* hactenus summa pace et quiete usque ad nostra tempora uiguisse et nullius aduocati exactione uexatum fuisse tum ex auctoritate priuilegii, quod illi contulit unus proauorum meorum *Otachar* Comes, tum ex clementia sequentium principum fundatorum ipsius cenobii, qui etiam aduocatiam propria tenebant manu, Nam ut ecclesia illa et familia aduocatorum exactione careat, predia eiusdem ecclesię possidebant, sicut et ego hodieque possideo, et cui hanc utilitatem dimisero duo predia *Chemenaten*, duo *Riutheimen*, dimidiam curtem *Tanne* cum hominibus attinentibus, Ego uero adhuc sub pedagogo positus iniquis consiliariis seductus *Arnoldum de Wartenburch* ministerialem nostrum uice nostra monasterio predicto preposui, qui ob paruitatem nostram libere abusvs est

Digitized by Google

iusticia loci ipsius, diuersas exactiones exercens. Quapropter fidelis abbatisse eiusdem monasterii *Diemudis* et Capellani nostri *Eberhardi* una congregationis et uniuerse familie flebili querimonia conmonitus eundem *Arnoldum* cessare feci ab omni exactione et priora iura prioris priuilegii confirmaui, insuper iudicio et consilio saniorum ministerialium meorum subscriptis iusticiis ampliaui Scilicet, ne aduocato predicti loci liceat alicui uim inferre, ne placitum abbatisse aduocatus adeat non rogatus aut inuitatus, ut tribus uicibus in anno placitet absque omni exactione et lucro, ut abbatissa officialem, quem uelit et quando uelit, constituat et destituat et si ministerialis eiusdem loci unum de famulis occiderit, conpositionem cum aduocato faciat, LX denarios et ecclesie hominem restituat; si filius ecclesie ex aliena familia uxorem duxerit, cum aduocato LX denariis conponat, abbatissa uero ius ecclesie plenarie exquirat; si autem de familia *Styrensi* matrimonium contraxerit, nullam uim utrobique patiantur, sed filii et nobis et ecclesie eque diuidantur; ne aduocatus aliquem abbatisse rebellem defendat aut tueatur; si famulvs famulum occiderit, aduocato LX[1]) denarios conferat, hominem uero ecclesie restituat. Isti sunt, qui predicta iura iureiurando confirmauerunt: *Gundachar de Styra, Otto de Volchensdorf, Pillungus de Kyrcheimen, Richerus de marhburg, Hartnidus de Orte, Heinricus*[2]) *de Glunic, Eberhardus plebanus de Trunkirchen, Gerloch de Talheim, Engilscalcus, Hartungus de Puzicheimen, Heinricus de Bulesheimen.* Isti sunt uero testes, quorum testimonio hec omnia roborata sunt: *Herrandus de wildonia, Arnoldus de Wartenburg, Duringus filius Gundachari, Dietmarus dapifer, Udalricus de Chienowe, Hartnidus de hús, Engilscalcus huzinger, Heinricus de Steine, Heinricus de Salmannesliten, Heinricus Porzel, Vdalricus de Patenanger et frater eius Engilscalcus* et alii quam plures. Nam et ex predictis IIII^or scilicet *Gundachar, Otto, Herrandus, Pillungus* sacramento affirmauerunt, *chunradum de Woluesekke* eandem aduocatiam non in beneficio sed ex gratia et permissione *Otacharii marchionis* habuisse, quod et ipse in extremis confessus est.

Acta sunt hec anno ab Incarnatione domini M° C. XC. I INDICTione VIIII. Epacta XXIII. concurrente . I. anno tercii

[1]) Oberhalb LX steht: „sexa".

[2]) Oberhalb Heinricus steht: „stich".

Digitized by Google

Celestini [1]) pape, anno uero primo *Heinrici* imperatoris, anno XI (sic). *Adalberti Salzburgensis* archiepiscopi et legati sedis romane, anno primo *Wolfkeri Patauiensis* episcopi, presente abbatissa *Diemude* apud *Anisum* in interiori domo *Riuini*, qui tunc temporis monetam tenebat.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Ort am Traunsee, woselbst sich auch die nachfolgende Übersetzung dieser Urkunde in deutscher Sprache in einer Aufschreibung auf Pergament aus dem XIV. Jahrhundert befindet.

Wir *Otacher* von Gotz gnaden Hertzog ze Steyr tuen chunt allen Gotz getrevn, Daz daz Gotshaus ze *Travnchirchen* emalen mit grozzem vrid vnd geruet ist erschinen vntz an vnser tzeit vnd daz ez mit chainer vodrung dhains Vogtz gemuet ist gewesen Vnd daz ist von gwalt vnd recht der Hantuest vnsrer vrenen Markraf *Otachers*, di si dem vorgenanten Gotshaus gegeben habent, Vnd auch von guet der nachgeporn Fursten der stifter des selben Chlosters, di di selben Vogtay in ir aigenschaft vnd in ir gwalt hielten, vnd daz daz vorgenant Gotshaus ze Travnchirchen vnd all sein leut furbaz enpern der vodrung aller Vögt, dar vm di vorgenanten Fursten Markraf Otacher vnd sein vrEnn daz vrbar des vorgenanten Gotshaus ze Travnchirchen mit vristung vnd scherm pesazzen, als wir ez heut pesitzen, Vnd swem wir den nutz verleihen di tzwai aigen ze *Chemnaten*, tzwai ze *Reuthaim* vnd ein halbz aigen ze *Tann* mit allen den leuten, di dar zue gehörent, Wir awer wesent vnd gesetzt vnder der Maisterschaft des hantmaisters, burt wir petrogen mit schelchleichem rat vnsrer dienstmann vnd heten gesatzt hern *Arnoltèn von Bartenburch* an vnsrer stat dem vorgenanten Gotshaus zv einem phleger vnd vogt, Der selber von vnsrer chindhait vreileichen wolt nutz vnd gwin haben des egenanten Gotshaus wider daz recht vnd wider de hantuest mit vbung manigualtiger vnrechter vodrung. Dar vm wurd wir ermant mit wainvnder chlag der getrevn vravn *Diemueten Abbtessin* des selben Chlosters vnd hern *Ewerharts* vnsers chaplans mit aller ir samnung vnd allen iren leuten, da hiezz wir lazzen den vorgenanten hern Arnolten von der vogtay vnd von aller seiner vodrung Vnd habent

[1]) Cölestin III. wurde am 30. März 1191 erwählt, und am nächstfolgenden 14. April geweiht; Heinrich VI. aber unmittelbar darauf, nämlich am 15. April, von Cölestin als Kaiser gekrönt.

Digitized by Google

pestet di vorgenanten recht der vorgenanten hantuest. Dar vber hab wir auch daz Gotshaus mit recht vnd rat vnsrer pesten dienstherren mit nachgeschriben rechten gemert Also, daz dhain vogt entuerr dhainen menschen der vorgenanten stat nindert gwalt entuen. Wir wellen auch, daz dhain vogt zv der Abtessin taiding icht enchôm, nuer gepeten oder geladen. Ez schol auch daz Gotshaus im jar drev taiding haben an vodrung vnd an nutz. Wir wellen auch, daz di Abbtessin, wen si well oder wenn si well, ein vogt setz vnd entsetz. Ist daz, daz ein dienstman des selben Gotshaus ainen irr diener verderbt, der schol mit Sechtzich phfenning ab ding mit dem vogt vnd schol dem Gotshaus einen menschen widerchern. Ist daz, daz des Gotshaus ainer ein hausvravn nimt, die eins andern gedings ist, der schol vm Sechtzich phfenning mit dem vogt sich versuenen, Awer di Abbtessin schol varsehen vôllichleichen di recht des Gotshaus. Ist auch, ob der leut von Steyrlant mit chonschaft zv des Gotzhaus leuten cherten, di schullen paidenthalben dhainen gwalt noch gepresten dar vmb leiden, awer vns vnd dem Gotshaus schullen di chint gleich getailt werden. Wir wellen auch, daz der vogt niemant vrisst noch pescherm, der der Abbtessin wider sei. Ist daz, ob ein diener den andern verderbt, der selber schol dem vogt Sechtzich phenning geben. Ez schol awer der selb dem Gotshaus ein andern menschen widerchern Vnd dar zue schullen alle irev wandel also stet vnd ebig peleiben. Daz sint die, die di vorgenanten recht mit geswarm aid pestett habent: *Her Gvndacher von Steyr, Ott von Volchenstorf, Pillunch von chyrichhaim, Reicher von Marichpurch, Hartneid von Ôrt, Heinrich Stich von Glevnch, her Ewerhart phfarrer ze Travnchirchen, Gerlach von Talhaim, Engelschalich, Hartunch von puechhaim, Heinrich von Rueshaim.* Daz sind di zeug, welher tzeugnuss all di sach gevestent sint: *Her Herrant von Wildoni, Arnolt von wartenburch, Dvrinch Gvndachers svn, Dietmar der druchsetz, Vlreich von chyenaw, Hertneid von haus, Engelschalich der Vtzinger, Heinrich von Stain, Heinrich von Salmansleiten, Heinrich portzel, Vlreich von Patenanger vnd sein prueder Engelschalich* und andrer pideber leut genueg. Wir vergehen auch daz auz den vorgenanten herren die vier Her *Gvndacher*, Herr *Ott*, Her *Herrant*, Her *Pillunch* auf Gotsleichnamen habent geswaren, daz her *Chunrat von Wolfsek* des vorgenanten Gotshaus vogtay auch nicht von recht, nuer von gnaden vnd verhengnuss Markraf *Otachers*

Digitized by Google

gehabt hat, des er selber an seinen lesten zeiten vergehen hat. Di wandlung ist geschehen, dv man zalt von Christes gepuerd Tausent jar. Hvndert jar, dar nach in dem ainz vnd nevntzkisten jar, jn dem dritten jar des Pabsts *Celestini*, jn dem ersten jar Chaiser *Hainreichs*, jn dem ainlesten jar des Ertzpisscholfs *Albrecht von Saltzpurch* vnd poten des Romischen stuels, jn dem ersten jar Pyscholfs *wolfgers von Pazzaw* ze gegenburt der erbern Abbtessin vravn *Diemueten* datz *Ens* in dem innreren haus des *Raebeins*, der ze den selben zeiten di munzz het.

Ludwig, Rel. Mscpt. IV. pag. 179. — Kirchl. Topographie, XIV. pag. 243. — Beide den lateinischen Text.

CCXCVI.

1191. (Nach dem 15. April.) Enns. — *Otackar, Herzog von Steiermark, erneuert dem Orte Enns die ihm von seinem Vater, dem Markgrafen Otaker, verliehenen Markt- und Handelssatzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Laudabile et gloriosum est Scripture testimonium, quod contra emergentes calumnias hominum in concussam rerum actionem sua incommutabile loquitur ueritate. Huius rationis prospectu Ego *Otacher dei gratia dux Styrye* uniuersitati fidelium notum facio, qualiter iura nundinarum *Anasensis uille* ad instantiam *Ratisponensium* et consilio meorum ministerialium, scilicet *Herrandi dapiferi mei de Wildonia, Hartnidi de Orte marscalci, Gundakari de Styra, Ottonis de Volchd* (sic), *Ortolfi camerarii de Gonewiz* renouaui et perpetua stabilitate firmaui, ut non alia iura a *Ratisponensibus, Coloniensibus, Achensibus, Vlmensibus* exigantur, quam ea, que a prime institutionis tempore ordinatione *patris mei* felicis memorie *Otacheri marchionis* eis imposita fuerunt.

Forma autem renouationis hec est, ut in annunciatione beate Marie uirginis queque nauis *Anasum* ueniens ibi maneat usque ad terminationem fori, et nichil ab ea exigatur, hoc excepto, quod, si in prima uespera uenerit, transeat, si uero mane, non procedet. Preterea quelibet nauis uinum uel frumentum ferens, uel alia uictui necessaria liberum habeat transitum usque ad festum beati Georii; si uero deinde transire uoluerit, manere cogatur. De nauibus manentibus nil exigatur. Peracto uero foro et ibidem nauibus oneratis *comes Ratisponensis* cum iudicibus de uilla ad portum ueniens a nautis inquirat, quid

Digitized by Google

queque nauis ferat. De centenario XII. denarios persoluat, tum de cera, tum de cutibus et de equipollentibus. Si uero iudices uille nautis non crediderint, de quibus cumque eos impecierint, naute iuramento suo se defendant. Quecumque etiam nauis uinum uel frumentum fert in tempore fori, tum de modio frumenti, tum de carrada uini XII. denarios persoluat. Item cum quelibet nauis iuxta statutum satisfecerit, et *comes Ratisponensium* recesserit, quidquid mercis ad litus ducatur, XII. denarios de plaustro persoluat. Hoc facto sursum naues trahantur, posterior pars manens, ubi prima fuit, et sic liberum per totum annum habeant transitum. Similiter de plaustris per pontem transeuntibus quamcumque mercem ferant, XVI. denarios persoluant. Si uero mercator eques transeat post plaustrum, nil persoluat. Si autem sine plaustro transeat, quamcumque mercem ferat, obolum persoluat. De equis oneratis nec plus nec minus quam VI. denarii exigantur. Plaustra in *Rvziam* uel de Rvzia tendentia XVI. denarios persoluant, nec retineri debent. Plaustra, que in ipsa uilla onerantur, XII. denarios persoluant. Insuper, quicquid emere uel uendere cum auro uel argento uoluerint, potestatem habeant. Mercatores ultra terminos uenientes, uidelicet de *Masthrihet*, et de externis partibus eandem iusticiam, quam tempore patris mei dederunt, adhuc persoluant, (in descensu dimidium fertonem argenti, libram piperis, duos calceos et cyrotecas. In descensu (sic; recte ascensu) fertonem argenti*). Preterea initium fori debet esse feria secunda diebus Rogationum, finis eiusdem in uigilia Pentecosten, quod si factum non fuerit, Ratisponenses in C. librarum estimationem mihi tenehuntur.

Hec autem renouationis cartula data est anno M° C° (sic) primo anno imperii Heinrici imperatoris et semper augusti. Presentibus *Gerungo de Strechowe, Pillungo de Chierhaim, Ortolfo de Griezchirchen, Dietrico de Hohenstophe, Friderico de Miersdorf, Dietmaro de Putenowe, Perhtoldo de Stegen, Gotscalco, Hartnido, Otachero de Stangen, Heinrico de Enswalde, Ulrico de Chienowe, Gerlocho de Chirdorf, Ulrico de Starchenberch, Ottone de Wartenowe, Dietmaro de Jannesdorf, Richero de Marchpurch* et aliis quam pluribus.

*) Die ( ) eingeschlossenen Worte sind nachträglich, aber von der nämlichen Hand nach dem Worte: Masthrihet zwischen den Zeilen, und theilweise am Rande der Urkunde eingeschaltet worden.

Digitized by Google

Ut autem omnis dubietatis scrupulus de medio tollatur, hanc cartam Sigilli nostri impressione signauimus et contra emergentes calumnias malignantium hominum in perpetuum communiuimus. Facta est autem ista commutatio *ex legatione Ratisponensium*, et istis praesentibus *Comite Ůtone et Alberto filio suo de Prunenlaite, Hartwicus de Pyerchingen et filius suus Hartwicus, Engelbertus Zůfe, Sygefridus Pammezare.*

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Scheid, Orig. Guelf. III. praefat. 30. — Hormayr, Archiv 1815, pag. 484. Beide sehr fehlerhaft. — Archiv der kaiserl. Akademie, Bd. X. pag. 92, aus dem Originale. (Mit Rücksicht auf das angegebene Jahr der Regierung Heinrichs VI. als Kaiser fällt die Urkunde zwischen den 15. April 1191 und 15. April 1192.

CCXCVII.

1192. Grätz. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt die Rechte und Besitzungen des Klosters Garsten.*

Leupoldus dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie* omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Quia more torrentis transeunt tempora et cum temporibus memoria et quoniam etas memoriam excludens obliuionem mentibus ingerit, ea sollicitudine inducti scriptis mandamus et notum facimus omnibus scire volentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Gerstense* cum omnibus suis Juribus et possessionibus semper defendere promouere et exaltare pre omnibus Ecclesiis intendimus, vt debemus, tanquam plantationem parentum nostrorum Principum *Stirie*, de quorum speciali sinu eadem Ecclesia noscitur exiuisse. Hinc est, quod nos dictum Monasterium, sicut est liberum ab omnibus aduocatis, ita volumus, vt semper in omnibus suis possessionibus nos et omnes nostri successores idem, vbicunque homines vel predia in terris nostris habuerit, gratis habito respectu solunmodo ad salutem animarum nostrarum defendere teneamur. Et quicunque predium aliquod eidem Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocacia pertinebit, sicut est coram nobis sentencialiter diffinitum. Preterea aduocaciam et omne Jus aduocati in duabus villis, quarum vnam, que vocatur ad *Gerstenses* (sic), *Chunradus Comes de Ragatz* cognatus noster dedit Monasterio nominato et alteram, que vocatur *Munichrevt*, quam pater eius prius dederat, remittimus deinceps Monasterio prelibato, ita ut in predictis nullus Jus Aduocacie sibi vsurpare presumat,

Digitized by Google

Sed in Abbatis consistat arbitrio, cui velit honestorum virorum eadem bona tuenda conmittere, illud faciat libere et absolute. Insuper nullus Judicum secularium tam nostri quam alieni per totas Terras nostras ad suum placitum euocent homines dicti Monasterij nec in prediis vel hominibus eiusdem debent aliquam iurisdicionem habere, sed postquam coram Judice Abbatis aliquis reus sanguinis vel in quocunque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum vestes claudit, nostro Judicio assignetur Salua Ecclesie omni re mobili et immobili. Preter hec in omnibus Ciuitatibus et Foris per totas terras nostras hominibus dicti Monasterij liberam intrandi et exeundi et sua negocia exercendi tribuimus facultatem nec ullus Judex Ciuitatis vel Fori contra ipsos aliquam audienciam super quacunque causa debet habere, nisi prius Abbas iustitiam negauerit querelanti. Preterea in terra et in Aquis, vbicunque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna vel victualia, siue vinum aut alia, quocunque nomine censeantur et quantacunque vtilitas Ecclesie exposcit, quolibet tempore libere sine omni Muta et exactione quacumque debeant pertransire. Omnes etiam terminos a fundatoribus ipsi Ecclesie designatos perpetuos esse volumus in omnibus locis, in quibus predia ipsius fuerint nomine designata, videlicet *Gavelentz* territorium, quod incipit, vbi riuulus dictus *Gavlentz* primum fluxum incipit, vsque in *Anesum*, sicut Montes et conualles se ibidem respiciunt et aqua pluuialis in dictam Prouinciolam a vertice Montium se demittit, Infra quos terminos nichil est, quod ad Ecclesiam pertinere non debeat pleno iure nullo contradicente sicut *Dux Otacher* ad vltimum suo Priuilegio noscitur expressisse. A vertice autem *Valchenstain* et *Merhenval* vsque in *Phaffenstain* eidem Monasterio terminos designamus, Siluam etiam circa *Wilhalmspurch* in *Swerzenberch* inter fluuiolos *Chrevzpach* et *Swerzenpach* ipsi Ecclesie traditam confirmamus ita videlicet, vt quicquid cultum vel incultum fuerit in eisdem terminis, ad Ecclesie proprietatem pertineat pleno iure vna cum hiis expressis ex una parte riui dicti *Golsena* nomine curtim vnam et ex altera parte eiusdem Riui curtim alteram cum nouem beneficiis suisque appendiciis infra *Swerzenpach* et *Puchenpach* vsque ad *petrosum parietem* longe vel prope positis nec non et vineam apud *Wilhalmspurch* et duas vineas in *Monte Aychperch*, Siluam etiam, que *Tanperch* dicitur, cum dote in plenam proprietatem ab *Otacharo Marchione* ipsi Ecclesie traditam confirmamus sola venatione ferarvm excepta, quam diu silua

Digitized by Google

steterit, et perpetuo robore ratam esse volumus Monasterio prelibato, vt tam culta quam inculta in Monte siue Silua predicta iure proprietario possideant fratres in eodem loco diuino seruicio deputati. Insuper in *Ischel*, vbi Sal nostrum decoquitur, damus Ecclesie predicte Sexaginta duas Carratas Minoris mensure et in *Avsse* totidem omni anno, quod ob remedium tam nostri quam omnium parentum nostrorum stabile fore precipimus et inuiolabiliter obseruandum. Quia uero Abbatem Monasterij prelibati racione Cappelle in *vrbe* nostra *Stira* Curie nostre summum constituimus Cappellanum, ita quod eo presente omnia diuina coram nobis habenda nutu suo et ordinacione debita plene fiant, Volumus sepius dicto Monasterio hanc facere gratiam specialem, vt tam Ministeriales nostri quam alij, qui a nobis in feodis, siue Prediis quicquam habent, illud possint eidem Ecclesie propter suam et nostram salutem dare libere in proprietatem nullo penitus obsistente. Vt autem hec omnia firma et inconvvlsa omni tempore permaneant, cum consensu dilectorum filiorum nostrorum *Friderici* et *Leupoldi* presentem inde paginam scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari Testibus subnotatis, *Diepoldus Marchyo (de Vochburch, Albertus comes de Rabgau, Erchengerus de Neitperch, Pabo* et *Ditricus* fratres *de Hohenstavf, Richerus de Marchpurch, Ditmarus* dapifer *de Pvtnaw, Hainricus de Hophav, Leupoldus de Potscha, Rvdgerus de Planchenwart, Hainricus, Ditmarus* et *Chunradus* fratres dicti *Gvllen, Arnoldus de Wartenburch, Hebnhardus* et *Otto* fratres *de Wartenawe, Ditricus de Chreuzpach, Marquardus de Rotengrveb, Menhardus* Camerarius, *Albero* et *Hainricus* fratres *de Tuchenstain, Perngerus de Capella, Gvndacher de Stira, Lvdwicus de Slierbach* et alij quam plures). Acta sunt hec in *Gretz* Anno Incarnacionis dominice Millesimo. Centesimo LXX. VII (sic).

Aus der Bestätigungs-Urkunde der Herzoge von Österreich ddo. Wien 2. Februar 1304, im Archive zu Garsten. (Die mit ( ) eingeschlossenen Namen am Ende nach dem Worte: marchio, sind aus einer Abschrift dieser Urkunde auf Papier aus dem XVII. Jahrhunderte im selben Archive entnommen, da die obige Bestätigung nach marchio nur die Worte: et ceteri, hat.) — Fröhlich, Diplom. Garstense, 61, Nro. 17. — Stillfried, Burggrafen von Nürnberg, I. 33, Nro. 1.

Digitized by Google

CCXCVIII.

1192. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, nimmt das Spital am Pühra in seinen Schutz, befreit es von der weltlichen Vogtei und erlaubt seinen Ministerialen, Schenkungen dahin zu machen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus dux austrie stirieque.* Quoniam diuine largitatis gratia omnium ecclesiarum Christi defensores constituti sumus, precipue tamen earum curam gerere debemus, quas karitas piissimorum hominum necessitati pauperum instituit prouenturas. Notum sit igitur omnibus Christi fidelibus, quod aduocaciam nouellj hospitalis *garsten* sitj pro remedio anjme nostre parentumque nostrorum ita nobis assumpsimus, ut omnja bona ipsius infra terminos regiminis nostri constituta omnj jure judicum et aduocatie postposito sola spe diuinę retributjonjs tueamur; Si quis etiam ministerialis noster superna inspiratione conmonitus prefato hospitalj aliquid prediorum suorum conferre uoluerit, hoc faciendj liberam facultatem permittjmus. Et ne quis in posterum hec statuta nostra infringere ualeat, ipsa sigillj nostri inpressione corroboramus.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCXCIX.

1192. Steier. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, verleiht dem Kloster Gleink die Kirche zu Dietach statt jenem Gute daselbst, welches weiland Herzog Otackar von Steiermark demselben verliehen hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Dux Levpoldus Austrie et Styrie* cunctis Christi fidelibus. Quoniam adhuc adeo constituti sumus, ut saluti et commoditati subditorum studiose prouideamus, ea propter cunctis Christi fidelibus notificamus tam presentibus quam futuris, quod dilectus noster *consanguineus Dux Styriae Otakerus in extremis positus* predia sua ecclesijs dei large tribuit, inter que etiam *Glvnicensi ecclesie* predium unum in *Tvdeche,* quod *Wuelfinch* possederat, potestatiua manv contradidit. Sed omnia sua arbitrio nostro, quia simul ita concambieramus, perficienda dimisit. *Ipso uero corpore exempto cum nobis omnia gubernanda prouenissent, aput Graece ministerialium nostrorum magnum conuentum conuocauimus,*

Digitized by Google

illic de nostris rebus ac *prouincie salute* saniori consilio aliquid tractaturi, quo in loco nos a prudentioribus ydoneo consilio accepto statuimus et fieri decreuimus, ut predia, que ex precepto eiusdem consanguinei nostri distracta fuerant et ecclesijs dei diuisa, si *officijs et urbibus* nostris dampnosa essent, cum melioribus et utilioribus ex alijs nostris predijs et redditibus soluerentur et redderentur, ut etiam nobis aliquid ante dominum fieret exinde anime remedium. Processu itaque temporis *in vrbem nostram Styer* uenientes et causas rerum ibi tractantes in anteriori optimatum nostrorum consilio cum fratribus *Glvnicensis ecclesie* quasi mutando cambiuimus et pro predio, quod consanguineus noster eis dederat, *ecclesiam Tvdech urbis nostre capellam* cum dote altaris omnique pertinentia ac omnibus que iuris nostri erant, potestatiua manv eis tradidimus et per manum ministerialis nostri *Ottonis* eiusdem loci aduocatj ipsam delegationem alacriter persoluimus. Pro qua delegatione in presentia nostra a prudentioribus normaliter diffinitum est, ut *plebanus Syrnicensis*, qui ipsam ecclesiam a nobis pridem susceperat, quoad uiueret, quiete eam possideret et post eius uite terminum eadem ecclesia cum terminis et appendicijs suis Glvnicensi ecclesie seruiendo sine omni contradictione in usum fratrum totaliter proueniret. Et ut hec traditionis nostre auctoritas rata et firma omni euo permaneat, sigilli nostri uiua inpressio et subscriptorum testimonium perhibeat: *Wernhardus de Schovberch, Hertnidus de Ort, Wulfingus de Chapfenberch, Herandus de Wildonie, Gvndacherus de Styer, Hertnidus de Ovnsteine, Rudolfus de Stadeke, Erkengerus de Landese, Otto et Otakerus de Graece, Pillvnch de Pernstein, Otto de Volchenstorf, Gvndakerus, Dvringus fratres de Styer, Dvringus de Bless, Eberhardus, Rvdolfus fratres de Ternperg* et alij multi. Acta sunt hec anno domini M. C. XCII. Indictione X. data *apud Styriam* Non. April. (? sic*)

Mon. boic. XXIX. II. pag. 47. ex cod. patav. III°.

*) Nachdem Herzog Otakar von Steiermark erst am 9. Mai 1192 gestorben, kann dieser Monatstag in keinem Falle bestehen. Vielleicht ist diese Stelle des Passauer Codex zu lesen: Non. Cal. Jul. (23. Juni), was mit dem Itinerar Herzog Leopold's für das Jahr 1192 zusammen passen würde.

Digitized by Google

CCC. A.

1192. — ***Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Gleink von aller weltlichen Vogtei, nimmt es in seinen Schutz und Schirm und ertheilt demselben mehrere Freiheiten.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. *Liupoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *stirie*, Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum, Quia ratio Juris nos adhortatur, ecclesiarum dei conmodum augmentare et quantum possumus de nostris rebus et possessionibus seruitium omnipotentis dei, quamdiv uixerimus, ampliare, ut per hoc non solum temporalia, sed etiam eterna bona consequi mereamur, Ea igitur sollicitudine inducti scriptis presentibus notum facimus omnibus scire uolentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Glénick* cum omnibus suis juribus et possessionibus semper defendere, promouere et exaltare intendimus, ut debemus. Hinc est, quod nos dictam Ecclesiam, ab omnibus aduocatis uolumus liberam esse et securam ita, ut semper in omnibus suis possessionibus et libertatibus nos et omnes nostri successores, vbicunque homines aut predia in nostro dominio habuerit, gratis habito respectu solummodo dei et pro salute animarum nostrarum defendere teneamur et quicunque predium eidem Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocatia pertinebit, sicut in Priuilegio ipsius fundatoris, videlicet venerabilis ac sanctissimi *Ottonis* Episcopi *Babenbergensis* est distinctum et confirmatum, et quia etiam nimis esset indignum et indecens, ut Ecclesias, quas Principes de suis rebus et laboribus fundarent, minores persone in eisdem Ecclesiis sibi jus aduocatie uel dominij vsurparent, Nullus etiam judicum secularium, tam nostri quam alieni in prediis uel hominibus dicti Monasterij debet aliquam jurisdictionem habere, sed postquam aliquis reus sanguinis uel in quocumque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum uestes claudit, nostro judicio assignetur salua ecclesie omni re mobili et inmobili. Preterea in terra et in aquis, ubicunque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna uel uictualia, siue vinum uel alia quocunque nomine censeantur, quolibet tempore anni libere sine omni Mûta et exactione ipsos uolumus pertransire. Familia etiam nostra cum familia *Glénicensi* matrimonia libere ac licenter contrahat. Concedimus etiam, quemadmodum felicis memorie consanguineum nostrum *Marchionem Otakkerum* inuenimus indulsisse,

Digitized by Google

quod omnes Ministeriales terre nostre ac alii nobiles nominis cuiuscunque ea, que a nobis nomine feodi vel hominij possident, pro remedio animarum suarum *Glénicensi* cenobio libere delegent ac conferant. Piscaturam etiam in flumine *anasi*, ubi possessio ipsorum inchoatur, usque ad *Stenigne* ex utraque parte litoris ac gurgitis ipsis licenter ac libere conferimus. Presenti quoque scripto manifestamus, quod tradidimus Ecclesie *Glénicensi* per manus domini nostri venerabilis *Ottonis Babenbergensis* Episcopi, a quo possedimus jure feodi, illa, que nominatim duximus exprimenda videlicet possessiones *Hulewarn* inter duos montes hinc et inde usque in *Tiúphenpach* et in *Styer* fluuium verum et legitimum terminum habentes. Hec omnia cooperatione *Vdschalci de Clêse*, qui nostras res in illis partibus administrabat, ad salutem contulimus Monasterio antedicto, ut inde fratres nobis indulgere deberent, quod nos eis vinum ipsorum apud *Chremse* pro nostra necessitate abstulimus aliquando. Insuper dominus noster *Babenbergensis* episcopus tradidit predia eadem et confirmauit de nostra bona et libera uoluntate, scilicet duos cultos Mansus, noualia nemora, culta et inculta et omnia seorsum contigua inter duos montes usque in *Styer* et in *Tiuphenpach* undique protendentia cum omni utilitate, que perpetuo ex hiis poterit prouenire, et fratres eiusdem Ecclesie libere et absque ullo inpedimento quolibet illa perpetuo possideant. Jus etiam aduocatie in sepedictis possessionibus, immo etiam in omnibus prediis et possessionibus, quas episcopi *Babenbergenses Glênicensi* cenobio siue in *Pirno monte* vel in *Hage* tradiderunt et confirmauerunt, nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, ut ipsas absque respectu tocius conmodi temporalis fideliter defendere atque protegere teneamur; Item presenti pagine duximus inserendum, quod dilecti Ministeriales nostri, videlicet *Otakkerus*, *Rudigerus* et *Tageno* fratres de *pargen* predia decem uirorum apud *vinchlarn* et in montibus iuxta sita ob remedium animarum suarum ac parentum suorum *Glunicensi* Monasterio per manus nostras tradiderunt, quam etiam traditionem ipsius Ecclesie fratribus confirmamus de nostra gratia speciali. Vt autem hec omnia per cuncta annorum circula firma et inconuulsa permaneant et a nullo successorum nostrorum infringi ualeant, nostri sigilli munimine duximus roboranda. Testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina *Wernhardus de Schowmberch*, *Vlricus et Liutoldus de Peka*, *Harthnidus de Orth*, *Wulfingus de Chapfenberch*, *Herrandus de Wildonien*, *Gundacharus de Styer*,

Digitized by Google

Harthnidus de Ovenstaein, Rudolfus de Stadekke, Erchengerus de Landeser, Otto et Otakarus de Greze, Pillunch de Pernstaeine, Otto de volchenstorf, Duringus de plesse, Eberhardus, Rudolfus fratres de Terenperge, Hiltgrimus et Wolfkanch de Enstal, Otto, Otakkarus, Imprinch, Marquardus, Rudolfus, Wezilo de Styer, Chunradus, Liupoldus, Perchtoldus, Herrandus, Vlricus, Otto, Ortolfus Et alii multi.

Acta sunt hec anno dominice InCarnationis Millesimo Centesimo *Septuagesimo Octavo* (sic). InDictione Decima Apud *Laureacum.* Data Nonas Maij. Regnante domino nostro iesu christo in eternum feliciter Amen.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. Das Siegel — ein einfaches — zeigt den Herzog zu Pferde, in der rechten Hand die Fahne, am linken Arme den Schild, dessen Wappen ganz undeutlich ist. Am Rande zum Theile zerbröckelt die Umschrift: † LIVPO . . . . I. GRACIA. DVX. AVS . . IE. ET. STIRIE. — Nach Schrift, Siegel und Zeugen wäre dieses Diplom Herzog Leopold VII. zuzuweisen. — Kurz, Beiträge III. 315. theilweise.

CCC. B.

1192. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Gleink von aller weltlichen Vogtei, nimmt es in seinen Schutz und Schirm und ertheilt demselben mehrere Freiheiten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Liupoldvs* Dei Gratia Dvx *Austrie* et *Stirie* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Qvia ratio juris nos adhortatur Ecclesiarum dei conmodum augmentare et quantum possumus, de nostris rebus et possessionibus seruitium omnipotentis dei, quamdiv uixerimus, ampliare, ut per hoc non solum temporalia, sed eterna bona etiam consequi mereamur, Ea igitur sollicidudine (sic) inducti scriptis presentibus Notum facimus omnibus scire uolentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Glénick* cum omnibus suis Juribus et possessionibus semper defendere, promouere et exaltare intendimus, ut debemus. Hinc est, quod nos dictam Ecclesiam ab omnibus aduocatis uolumus esse liberam et securam ita, ut semper in omnibus suis possessionibus et libertatibus nos et omnes nostri successores, vbicumque homines vel predia in nostro Dominio habuerit, gratis habito respectu solummodo dei et pro salute animarum nostrarum defendere teneamur, et quicumque predium eidem

Digitized by Google

Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocatia pertinebit, sicut in priuilegio ipsius fundatoris videlicet venerabilis ac sanctissimi *Ottonis babenbergensis* episcopi est distinctum et confirmatum, et quia etiam nimis esset indignum et indecens, ut ecclesias, quas principes de suis rebus et laboribus fundarent, minores persone in eisdem ecclesiis sibi Jus aduocatie vel dominij usurparent, Nullus etiam Judicum secularium tam nostri quam alieni in prediis vel hominibus dicti Monasterij debet aliquam jurisdicionem habere, sed postquam aliquis reus sanguinis vel in quocunque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum uestes claudit, nostro judicio assignetur salua ecclesie omni re mobili et inmobili. Preterea in terra et in aquis, vbicumque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna vel victualia siue vinum vel alia, quocumque nomine censeantur, quolibet tempore anni libere sine omni mûta et exactione ipsos uolumus pertransire. Familia etiam nostra cum familia *Glénicensi* matrimonia libere ac licenter contrahat. Concedimus etiam, quemadmodum felicis memorie consanguineum nostrum *Marchionem Otakkerum* inuenimus indulsisse, quod omnes Ministeriales terre nostre ac alii nobiles nominis cuiuscumque ea, que a nobis nomine pheodi uel hominij possident, pro remedio animarum suarum *Glénicensi* cenobio libere delegent ac conferant. Piscaturam etiam in flumine *Anesi*, vbi possessio ipsorum inchoatur, usque ad *Steninge* ex utraque parte litoris ac gurgitis ipsis licenter ac libere conferimus. Presenti quoque scripto manifestamus, quod tradidimus Ecclesie *Glenicensi* per manus domini nostri venerabilis *Ottonis babenbergensis* episcopi, a quo possedimus Jure pheodi illa, que nominatim duximus exprimenda, videlicet possessiones *Hélwarn* inter duos montes hinc et inde usque in *Tiéphenbach* et in *Styer* fluuium verum et legitimum terminum habentes, hec omnia cooperatione *Vdschalci de Chlése*, qui nostras res in illis partibus administrabat, ad salutem contulimus Monasterio antedicto, vt inde fratres nobis indulgere deberent, quod nos eis vinum ipsorum aput *Chremse* pro nostra necessitate abstulimus aliquando. Insuper dominus noster *babenbergensis* Episcopus tradidit predia eadem et confirmauit de nostra bona et libera uoluntate, scilicet duos cultos mansus, noualia nemora culta et inculta, et omnia seorsum contigua inter duos montes usque in *Styer* et in *Tiéphenbach* undique protendencia cum omni utilitate, que perpetuo ex hiis poterit prouenire, et fratres eiusdem Ecclesie libere et absque ullo inpedimento illa perpetuo

Digitized by Google

possideant. Jus etiam aduocatie in sepe dictis possessionibus, immo etiam in omnibus prediis et possessionibus, quas episcopi *babenbergenses Glönicense* (sic) Cenobio siue in *Pirno* monte vel in *Hage* tradiderunt et confirmauerunt, nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, vt ipsas absque respectu tocius conmodi temporalis fideliter defendere atque protegere teneamur. Vt autem hec omnia per cuncta annorum circula firma et inconuulsa permaneant et a nullo successorum nostrorum infringi ualeant, nostri sigilli munimine duximus roboranda, testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina: *Wernhardus de Schóumberch, Vlricus et Livtoldus de Peka, Hartnidus de Órth, Wulfingus de Chapfenberch, Herrandus de Wildonien, Gvndacherus de Styer, Hertnidus de Ovenstœine, Rudolfus de Stadeke, Erchengerus de Landeser, Otto et Ottakkarus de Greze, Pillunch de pernstaeine, Otto de Volchenstorf, Duringus de Plesse, Eberhardus, Rudolfus fratres de Ternperge, Hiltgrimus et Wolfganch de Enstal, Otto, Otakkarus, Imbrich, Marquardus, Rudolfus, Wezilo de Styer, Chvnradus, Livpoldus, Perchtoldus, Herrandus, Vlricus, Otto, Ortolfus* et alij multi, Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis Millesimo, Centesimo, Septuagesimo *Quinto* (sic). Indictione septima, Data aput *Laureacum* Nonis Maij.

Regnante domino nostro iesu christo in Eternum feliciter Amen.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. (Das Siegel scheint ein Doppelsiegel gewesen zu sein, dessen eine Hälfte aber ganz verloren gegangen, während von der andern nur mehr ein grösseres Fragment übrig geblieben ist. Auf diesem ist der Herzog mit dem Bindenschilde dargestellt, die Umschrift aber bis auf wenige Buchstaben weggebrochen . . . . DEI. GR . . . . . IE †. Unbezweifelt das Siegel Herzog Friedrichs II.) — Kurz, Beiträge, III. 311.

CCCI.

1192. Salzburg. — *Adalbert, Erzbischof von Salzburg, bestätigt dem Kloster Reichersberg die von seinen Vorfahren erlangten Freiheiten.*

In nomine sancte et indiuidve trinitatis ego *adelbertus* dei gratia *salzburgensis* uocatus archiepiscopus apostolice sedis legatus *Gerhoho richerspergensi* preposito et eius successoribus in perpetuum. Antecessorum statuta bona et iusta decet conseruare atque confirmare legitimos eorum successores in dispensatione pię ordinationis. Proinde nos, qui beatis et religiosis uiris ęcclesię salzburgensis archiepiscopis *Chŏnrado* et *Eberhardo* successimus, eorum pia

Digitized by Google

statuta non solum seruare, sed etiam gratia dei fouente ougmentare (sic) intendimus. Igitur quecunque ab illis ad consolationem deo militantium in cenobio *Richerspergensi* seu liberalitate pietatis donata sev pontificali auctoritate concessa et eorum priuilegiis firmata sunt, ut illis integra permaneant, statuimus et presenti pagina firmamus. In quibus hęc nominatim duximus exprimenda. Patellam in *halle*, decimas ad episcopale ivs attinentes in duabus parrochiis *pûtinensi* et *brambergensi*. Uerum quia prouidentia ęcclesię *brambergensis* ex pontificali beatę memorię archiepiscopi *Eberhardi* concessione *Richerspergensi* sic est firmata, ut a domo illa plebanum habeat, qui ecclesiam plebalem procuret et quoniam ipsa ęcclesia terminis ampliata sic excreuit, ut duos necessarios habere pastores oporteat, volumus et statuimus unam plebesmalem ecclesiam esse *Edelz*, alteram *bramberge*, quibus idoneos plebanos prepositus loci *Gerlohus* et eius legitimi successores ordinare potestatem habeant. Decernimus ergo, vt si, quod absit, persone de uestro collegio in ministerium assumptę vel in religionis disciplina conmissique gregis prouidentia sev fidelitate erga claustrum suum custodienda minus, quam oportet, idonee conparuerint et ab archiepiscopo commonite non citius resipuerint, liberum sit preposito consulto primum *Salzburgensi* archiepiscopo, ad eius nutum personas illas reuocare ad claustralem districtionem atque in eorum locum subrogare alias de manu archiepiscopi regulariter inuestiendas seruato in omnibus et per omnia in substituendis regularibus personis prescripto rigore. Sane utilitati uestrę propensius intendentes uolumus, ut, si seculares prospexeritis instituendas personas, pari modo fideles in omni iure uestro excepta canonica professione, qua uobis non tenentur, existant. Quod si et illi in suę salutis periculum et in memoratę ęcclesię *Richersperge* iusticiam grauius aliquid attemptauerint, iuris ordine conmoniti canonica censura remoueantur Rursusque claustrales secularesve personę, quotienscunque necesse fuerit, a presente preposito *Gerloho* et omnibus successoribus suis canonice subrogatis *salzburgensi* archiepiscopo representate sine obstaculo instituantur prefatis ecclesiis *brambergensi* et *Edelz* salua in omnibus canonica iusticia nostra nostrorumque successorum. Preterea sicut ex priuilegiis ipsius cenobii animaduertimus, quod ipse locus sic est fundatus et ab antecessoribus nostris archiepiscopis in ivs et patrocinium *salzburgensis* ęcclesię susceptus, ut nullus eiusdem loci sit aduocatus, nisi ipsius metropolis

Digitized by Google

salzburgensis ęcclesię aduocatus, qui uidelicet de beneficio principalis aduocatię sibi collato ipsum cenobium sine grauamine defendat, hoc annectimus, ut libertas illi loco a fundatoribus destinata et priuilegiis apostolicis confirmata inconcussa permaneat, et presenti pagina sigillo nostro conmunita interdicimus, ne a principali aduocato subaduocatus per ius beneficiale constituatur. Sane si prepositus loci expetierit aliquem sibi a principali aduocato destinari, conmittatur illi talis procuratio absque ivre beneficiali liceatque preposito, si inutilis fuerit, eum amouere melioremque in eius locum simili tenore restituere. Vt autem hec nostrę dispensationis pia institutio nulla impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc paginam tali sententia concludimus, ut, si quis contra eam temere agens tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super eum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per penitentiam, sine qua si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate reum se cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.

† Ego *Adelbertus Salzeburgensis* archiepiscopus S. S.

† Ego *Gundaker* prepositus Maioris ęcclesię *Salzpurgensis* S. S.

† Ego *Růdolfus* decanus Eiusdem ęclesię (sic) S. S.

† Ego *Marsilius Bőmburgensis* prepositus S. S.

† Ego *Heinricus salzburgensis* canonicus et cellerarius S. S.

Ego *Sofredvs salzburgensis* scolasticvs S. S.

Ego *Perhtoldus* diaconus *salzburgensis* et prepositus cellerarius (?) S. S.

Acta sunt hec *salzburge* anno incarnationis domini M°C°LXXXXII.

Anno episcopatus domini *Alberti* XXIIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCII.

1193. 29. Jänner. Lateran. — *Papst Cölestin III. nimmt das neu errichtete Hospital am Pühn in seinen Schutz.*

CELESTINUS episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Rapotoni* Prouisori et habitatoribus noui hospitalis in alpibus diocesis Patauiensis constituti salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et, ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater protectionis sue munimine

Digitized by Google

confouere. Eapropter dilecti in domino filij deuotionem uestram, quam ad nos et beatum Petrum habere noscimini, attendentes personas uestras et quascumque possessiones uel quecumque bona idem hospitale impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc nostre paginam protectionis infringere uel ausu ei temerario contraire. Siquis uero hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Datum *Laterani.* iiij. Kalendas februarij, Pontificatus nostri anno tercio.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCIII.

1193. 30. Jänner. Lateran. — *Papst Cölestin III. ermahnt die in den Kirchensprengeln von Salzburg, Passau und Gurk befindlichen Christgläubigen, die Sammlungen für das neu gegründete Hospital am Pährn mit Almosen zu unterstützen.*

CELESTINUS episcopus seruus seruorum dei uniuersis Christi fidelibus per *Salzburgensem*, *Patauiensem* et *Gurcensem* dioceses constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore siue bonum siue malum, oportet et nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet uitam eternam. Sane peruenit ad audientiam nostram, quod nouum hospitale in alpibus sit Patauiensis diocesis domino permittente constructum, in quo pauperibus et infirmis caritatis solacia ministrantur, verum quia ad huiusmodi misericordie opera indigentibus eroganda proprie non sufficiunt facultates, deuotionem uestram rogamus, monemus attentius et in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatenus cum eius nuntij ad uos accesserint elemosinas petituri, grata eis subsidia conferatis ita, ut uestro

Digitized by Google

mediante suffragio operibus ualeat insistere caritatis et uos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis mereamini gaudia peruenire. Datum *Laterani*. III. Kalendas februarij, pontificatus nostri anno tercio.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCIV.

1193—1200. — ***Abfindung des Abbtes Otto von Wilhering mit Otto von Buchberg wegen seiner Ansprüche auf das Gut Zemleub.***

Recognoscat tam presentium quam futurorum etas, quod dominus *Albero de Zemeliube* pro remedio anime sue potestatiua manu contulit illi claustro *Willeheringen* predium in *Zemeliube*, videlicet margerinam vnam, beneficium et pratum. In *Stainmőzelesdorf* tria beneficia, *Salapulcahe* nouem beneficia, *Chremese* vineam vnam et homines proprios, cuius predii se possessorem postea asseruit dominus *Otto de Buchperch*. Abbas autem claustri prefati scilicet *Otto* consulens vtilitati cenobii sui predium iam dictum consilio domini *Hadmari* aduocati, eiusdem predii XX talentis apud dominum *Ottonem* redemit. Facta est autem ista conuentio tempore peregrinationis dicti *Hadmari* in uilla, que dicitur *Prunne* ordine congruo confirmata. Huius rei testes sunt *Hadmarus de Chunringen, Irnfrit de Gnannendorf, Őtrich Strune, Marchwardus de Hintperge, Vlrich de Stawze, Ortolf de Clements, Otto de Lize, Hugo et frater eius Chőnradus de Ottensteine, Heinrich Tuscheman, Vlrich de Galchprunnen, Rődiger de Rosenawe, Rudinch de Valchensteine, Ortwin de S. Johanne, Chalhoch de Tulbingen, Trost de Minenbach, Eben de Regelesdorf, Marchwart de Wesen, Dietmar de Chunringen, Huch de Gudransdorf, Vlrich strune iunior, Alber pfeferwin, Dietmar de Riede, Gotfrid de Tierensteine, Dietrich de Tierenstaine, Heinricus Chämbel, Pehart de Tirnsteine, Pilligrim de Näliube, Alhart de Sachsendorf, Hiernhart Trufel, Sigemunt de Stichinesdorf, Gerwic de tirensteine, Albrecht de Stadelowe, Otto fritelingere, Hainrich Huntel, Vlrich swertzger de valchenstaine, Otto de Praitenaiche, Hice de vrischelaren.*

Aus einem Copialbuche im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 489.

Digitized by Google

CCCV.

1194. 17. September. — *Conrad, Bischof von Regensburg, schenkt dem Kloster Mondsee Ort und Kirche Weihmerting.*

In Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego *Counradus* divina fauente Clementia *Ratisponensis* Ecclesiæ Episcopus omnibus Christi fidelibus veræ fidei præmia invenienda. Et ratio dictat et Justitia commendat, ut nos, qui Religionem profitemur ex ordine, Religionem foveamus ex devotione. Eapropter Religiosorum fratrum in *Mœnensiensi Cœnobio* Deo militantium delectati religione, Ei, cui serviunt, nos in hoc credimus famulari, si de his, in quæ divinitus potestatem accepimus, eorum commodo prospicimus et quieti. *Ecclesiam* igitur *Wihemerting*, cum ex sententia Chori nostri et Ministerialium Ecclesiæ nostræ Jus habeamus et potestatem eidem Cœnobio conferendi, cum omni Juris integritate, quod hactenus in illa tenuimus, prædictis fratribus omnimodis concedimus ita, ut jus habeant eligendi sacerdotem in illam Ecclesiam et præsentandi et Juris hujus perpetuitas præfato Cœnobio maneat perpetuo. Ne qua vero super hac justa Concessione nostra eis quæstio in posterum inferatur, præsenti Privilegio caveri volumus et nostræ Potestatis officio inhibemus. Huius rei testes sunt *Heinricus Præpositus, Ulricus Decanus, Egellolfus Præpositus S. Joannis, Rudegerus thesaurarius, Bernardus Canonicus, Rupertus Canonicus, Fridericus Canonicus de Prukeberch, Ulricus scriba, Marctvvardus Decanus de Chambis, Fridericus filius Palatini Ministerialis Ecclesiæ, Albertus in Heyda et frater suus Hutvvinus, Rupertus Kergel, Ekebertus Schultherde, Ernestus de Kelzena, Hertvvicus de Fronovve, Hertvvicus de Manense, Rupertus Lupus, Berlochus Dapifer, Rupertus frater ejus de Nuzzdorff, Heroldus Abengvvelbe, Rudiger de Manense, Albrecht, Englschalch, Otto, Alfrid, Friderich, duo Conradi* et alii quam plures.

Ego *Hainricus* Majoris Ecclesiæ Præpositus subscripsi.

Et ego *Ulricus* Decanus SS. Ego *Heinricus* SS.

Ego *Beletus* Scholasticus SS.

Ego *Eglolfus* Præpositus S. Joannis Ecclesiæ in *Traunersee* SS.

Ego *Hartmannus* SS. Ego *Rogerius* Thesaurarius SS.

Ego *Lantfridus* SS. Ego *Fridericus* Oblajarius SS.

Ego *Bertholdus* SS. Ego *Conradus* SS.

Digitized by Google

Ego *Bernardus* SS. Ego *Dittericus* SS.
Ego *Hermicus* SS. Ego *Conradus de Tekndorff* SS.
Ego *Conradus* Cellararius SS. Ego *Rudbertus de Velkirchen* SS.
Ego *Chunradus* Canonicus Ecclesiæ S. Petri et *Hochenhaus*. SS.
Ego *Chunradus Columbanus* SS.
Ego *Cunradus* Nobilis Canonicus S. Petri. SS.
Ego *Bernardus de Ponte Judæorum* SS.
Ego *Altmanus de Gislingen* SS.
Ego *Hilprandus de Valkenstein* SS.

Actum Dominicæ Incarnationis anno 1194. Indict. XII. XV. Kal. Octobr.

Chronicon Lunaelac. pag. 141. — Ried, Cod. Ratisb. I. 277.

CCCVI.

1195. 29. April. Lateran. — *Papst Cölestin III. bestätigt die Rechte und Besitzungen des Klosters Ranshofen.*

Celestinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Etichoni* Preposito *Ranshouensis* ecclesie beati Pancratii Martiris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii uestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam beati Pancratii Martiris, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et Canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exponenda uocabulis: Ecclesiam ipsam beati Pancratii martiris cum decima et iure parrochiali Capellam sancti Michahelis in eodem loco sitam, Capellas *Niunchirchen*, *Handenberge*, *Geroldesberge* et Capellam in monte

Digitized by Google

sancti Egidii et Capellam Sancti Stephani protomartiris in *Brunowe*, cum pertinenciis earum, Capellam *Hobercha* cum pertinenciis suis in ea libertate, in qua bone memorie *Eberhardus Salzburgensis* Archiepiscopus uobis scripto proprio rationabiliter confirmauit, ut videlicet nullus in eis preter ipsum Archiepiscopum et dyocesanum episcopum et ecclesie uestre prepositum aliquid debeat ordinare, quicquid iuris in Capellis per quascunque regiones a ministerialibus rationabiliter ecclesie uestre concessum est, *Ror* videlicet in confinio *Cremsmunster*, in Capella *Nosbach* in parrochia *Altheim* et *Niunchirchen* in parrochia *Zeidlarn* et in aliis in vicino uel in longinquo a iure parrochiali liberis, sicut est hactenus obseruatum, presenti uobis pagina confirmamus. Terminum quoque eiusdem ecclesie sancti Pancratii, quemadmodum recolende memorie *Heinricus* secundus imperator romani imperii cum episcopis suis scilicet *Deitmaro* Archiepiscopo *Salzburgensis* ecclesie et *Beringero Patauiensis* ecclesie episcopo et *Niceno Laodicensis* ecclesie episcopo cum aliis tredecim episcopis duxit prouide statuendum, et *Cvnradus* secundus romanorum rex scripto suo autentico eidem ecclesie confirmauit, incipientem videlicet de *Ethenowe* vsque *Grêzensewen* et *Greben* et *Bibenbach*, *Rantwinsbrunnen* quoque inde ad *Iden*, *Ratperch* quoque et *viwersengen* et *Berchsteig*, *Rechingen* utique et *Hulwern* et *Cangeren* quoque per forinam semitam Capelle (sic) sancti Georgii martiris, deinde *swarzgreben* et vsque *Owernbach*, deinde per *Adelbrehtsberc*, deinde per *Bêchchirchen*, deinde in flumine *Matcha*, sicut in antiquis uestris priuilegiis continetur et usque ad hec tempora nosciturobseruatum, uobis et eidem ecclesie uolumus et apostolica auctoritate precipimus inuiolabiliter obseruari. Sane noualium uestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a dyocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea uobis gratis et absque prauitate aliqua uoluerit exhibere, alioquin ad quencumque malueritis antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem libere recvrratis, qui nostra fultus auctoritate uobis, que postulantur, inpendat. Obeunte uero te nunc loci eiusdem Preposito uel ad alterius ecclesie regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum nullus

Digitized by Google

ibi qualibet surreptionis astucia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres conmuni consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Ad hec quum locus uester sic est institutus, ut aduocatus bonorum ducis *Bawarie* in partibus illis eiusdem quoque loci sit aduocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro eius liceat eundem locum iniusis grauaminibus infestare, sed cum vice iam dicti ducis, sicut ipse instituit et scripto suo firmauit, cum mancipiis et possessionibus eius idem aduocatus defendere ac tueri debet eo tenore, ut querimonias tam uestras quam mancipiorum uestrorum audiat et congruam iusticiam faciat, dum modo tales sint cause, que forum ecclesiasticum non requirant. Paratam uero nullam a uobis propter hoc exigat sed tantum de orreo ducis, qui tempore fuerit, secundum antiquam institutionem tempore suo accipiat. Super hec idem aduocatus in claustro uel mancipiis aut possessionibus uestris nullam disponendi habeat potestatem. Exactiones quoque indebitas super uos uel super mancipia uestra a quoquam fieri penitus inhibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, que se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint (satisfiat?) salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eorum possessiones auferre uel ablata retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimode profutura salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Datum *Laterani* per manum *Cencii* Sancte Lucie in Orthea dyaconi Cardinalis domini pape Camerarii III. Kalendas Maii

Digitized by Google

Indictione XIII. Incarnationis dominice M. C. XC. quinto, Pontificatus vero domini *Celestini* pape III. Anno quinta.

Aus einem Transsumpte des Erzbischofs Ulrich von Salzburg, ddo. Otinga XV Kalendas aprilis M. CC. LXII., im k. bair. Reichsarchive zu München.

CCCVII.

1195. 29. April. Lateran. — *Papst Cölestin III. bestimmt, dass der jeweilige Propst zu Ranshofen die Seelsorge über die zu seiner Kirche gehörigen Gläubigen auszuüben das Recht habe.*

Celestinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis suis preposito et fratribus *Ranshouensis* ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum ut uota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu felicis recordacionis *Innocencii* pape predecessoris nostri uestigiis inherentes presencium auctoritate statuimus, ut is, qui locum regiminis in ecclesia *Ranshouen* obtinet, curam quoque plebis ad eandem ecclesiam pertinentis exerceat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre constitucionis paginam infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* iij Kal. Mai, pontificatus nostri anno quinto.

Aus einem Pergament-Codex des XIV. Jahrhunderts der k. Hofbibliothek zu München. — Auch in einem Copial-Buche auf Papier vom Jahre 1683, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCVIII.

1195. 2. Juni. Neuburg. — *Berthold, Herzog von Dalmatien und Markgraf von Istrien, bestätigt dem Kloster Reichersberg die Mauthfreiheit zu Neuburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *perhtoldus* dei gratia *dux dalmatie marchio jstrie*, omnibus christi fidelibus in perpetuum. Scientes, quoniam, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet, benedictionis superne cupientes fieri participes nostra temporalia pro sempiternis seminare et pro terrenis celestia fructificare, totius salutis summam putamus. Inde est, quod deuoto et sincero affectu, in quantum diuina docuerit inspiratio, apud religiosas

Digitized by Google

et spiritales personas orationum subsidia, in quibuscunque possumus, nobis cupimus optinere. Itaque pro petitione uenerabilis et dilecti amici nostri prepositi *Ottonis de Richersperge* nec non et religiosorum fratrum suorum statuimus et presenti pagina firmamus, ut in perpetuum sine exactione tributi, sicut hucusque, ita et in reliquum liber transitus sit nauibus suis apud castrum nostrum *Nienburch*. Verum quia iure hominii fidelis noster *Wernhardus* ipsum tributum a nobis habeat infevdatvm; ad presentem paginam roborandam sciri uolumus, prefatum *Wernhardum* pro peticione nostra et remedio anime sue et parentum suorum publice coram multis nobilibus et fidelibus nostris cessisse iuri suo. Igitur ne aliquis liberorum uel successorum nostrorum huic nostre institutioni ualeat contraire, sigilli nostri inpressione premunimus et diuine ultioni committimus et subscriptos testes relinquimus: *Wernhardus de scawenberch, Walchun de chambe et frater suus Albertus de halse, Chunradus de horbach, Ernst de jnne, Alkerus et frater suus Heinricus de waldekke, Wernhardus de Ort et frater suus Ulricus, Willehalmus de geilspach, Chunradus Leynvz, Megengotus de prambach, Chunradus de gisenperge, Reinoldus de Niwenburch, Richkerus de wesen, Ulricus de pollenheim, Livtoldus dapifer de scawenperch, Perhtoldus stale, Rudolf abemhoue, Almar de pubenhouen, Ulricus de sindelstorf, Ortolf de pirenpach et frater suus Heinricvs.* Data per manum *Heinrici Notarii* apud *Nienburch* Anno incarnationis domini M. C. L. XXXXV. Indictione XII. IIII. Nonas Junii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Reichersberg. — Mon. boic. IV. 424.

CCCIX.

1195. 25. Juli. Wien. — *Tauschvertrag über verschiedene Besitzungen zwischen dem Bischofe Wolfker von Passau und dem Kloster Baumgartenberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis episcopus* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Episcopalis officii esse dinoscitur, Venerabilia et Religiosa loca pio amore complecti et eorum iustis postulationibus gratum impertiri consensum. Quapropter venerabilis fratris nostri *Friderici abbatis de Boumgartenberge* et fratrum illius peticioni acquiescentes et necessitudinem adtendentes omnem decimationem, que nos contingebat de curte

Digitized by Google

ipsorum, quam colunt in *Harde*, praedicto abbati eiusque successoribus et fratribus ibidem deo famulantibus legitime tradidimus receptis in concambio ad usus ecclesiae nostrae quatuor curtilibus, quorum duo sita sunt in *Steinbuhel*, tercium in *Rutprehteshouen*, quartum in *herstorf*. Et ut haec nostra traditio firma et inconuulsa permaneat, praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione roborauimus. Testes etiam, qui publicae nostrae actioni huic interfuerunt, propriis nominibus annotari praecepimus: *Hartwicus de lengenbach Ratisbonensis ecclesiae aduocatus, Hademarus de Chunringen, Wichart de Zebingen, Irnfrit de Gnannendorf, Otto de haselowa, Ulricus Struno, Rudolfus de Chirchlingen.* Siqua igitur ecclesiastica saecularisue persona contra hanc nostrae traditionis paginam uenire temptauerit, si secuñdo tercioue comonitus non emendauerit uel resipuerit, iram omnipotentis dei incurrat. Acta sunt autem haec anno ab incarnatione domini M. C. XC. V. Indictione XIII. Praesidente Sanctae Romanae ecclesiae domini *papa Celestino* anno Pontificatus eius V. Imperante domino *Heinrico Imperatore* inuictissimo Anno Imperii ejus V. Anno uero Pontificatus nostri Quinto VIII. Kal. Augusti In loco, qui dicitur *Wienna*.

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz.

CCCX.

1195. 7. October. Würzburg. — *Kaiser Heinrich VI. bestätigt nach dem Beispiele seines Vaters, des Kaisers Friedrich I., dem Kloster Reichersberg dessen Rechte und Freiheiten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *heinricus* Sextus diuina fauente clementia romanorum imperator semper augvstus et rex Sicilie. Ad eterni regis premium et temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus, si religiosarum personarum postulationibus gratum et benignum prebere curauerimus assensum. Inde est, quod ad noticiam presentium et futurorum cupimus peruenire, quod nos pro salute ac remedio serenissimi patris nostri et nostre peticionem dilecti principis nostri *Alberti Salzburgensis* archiepiscopi supplicatione quoque *arbonis* fidelis nostri prepositi de *Richersperg* ad imitationem memorati felicis memorie genitoris nostri *Friderici* romanorum quondam imperatoris inuictissimi ipsum *arbonem* prepositum et ecclesiam *Richersperg* cum omnibus bonis et personis eidem

Digitized by Google

ecclesię attinentibus sub imperiali nostra protectione recepimus confirmantes eidem ecclesię priuilegium, quod a magnificentissimo patre nostro pro bono statu libertate ęcclesię conseruanda ipsi concessum esse dinoscitur et indultum, sicut in autentico eius diuali manifeste repperitur exaratum et ex rescripto dictę diualis paginę nobis est declaratum. Statuimus autem specialiter et imperiali edicto sanctimus (sic) secundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem ab ipso fundatore collatam et priuilegiis uenerabilium archiepiscoporum *Chĉnradi* et *Eberhardi* salzburgensis ęcclesię, ad quam patronatus pretaxati loci pertinet, roboratam, ut nullus eivsdem loci sit aduocatus, nisi principalis metropolis salzburgensis aduocatus, qui de beneficio principalis aduocatię sibi collato predictum cenobivm sine omni grauamine defendat et nullo modo subadnocatum iure beneficiali ibi habeat potestatem constituere, nullus quoque alter audeat presumere exactiones uel grauamina fratribus nominati loci uel ministratoribus aut colonis eorum imponere. Adicimus autem et imperialis maiestatis auctoritate in perpetuum ualitura statuimus, ut bona predicto cenobio siue collata siue adhuc conferenda nullus inuadere aut inde quolibet modo alienare aut ipsum locum dispoliare seu disuestire presumat, nisi coram iudicibus legitimis legaliter iusticiam suam conprobauerit. Specialiter autem ipse locus deo dicatus secundum priuilegium dilecti genitoris nostri imperiali largitione nostra emunitate gaudeat et nulla iudiciaria secularisue potestas licentiam habeat ibi placitandi, concionandi aut quelibet iura secularia exercendi, que fratrum inibi deo militantium quietem interrumpere ualeat (sic) aut disturbare. Si qua uero persona contra hoc priuilegium nostrum temere uenire temptauerit, banno nostro subiaceat et sexaginta libras auri in ultionem temeritatis sue conponat, quarum medietas camerę nostrę reliqua pacientibus iniuriam persoluatur. Huius rei testes sunt *Albertvs salzburgensis archiepiscopus*, *Hermannus monasteriensis episcopus*, *Heinricus wiezburgensis* (sic) *episcopus*, *Otto Frisingensis episcopus*, *Philippus dux Tuscię frater noster*, *Perhtoldus comes de henneberch*, *Poppo comes de wertheim*, *Rvpertus de dvrne*, *Rûpertvs de chastele* et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M. C. X. C. V. Indictione XIIII. Regnante domino *Heinrico* sexto romanorum imperatore gloriosissimo anno regni XX^mo^ IIII^to^ Imperii uero IIII^to^ Data *wirzburch* Nonas Octobris.

Digitized by Google

Signum domini *Heinrici* sexti romanorum imperatoris inuictissimi et regis sycilię.

(Monogramma.)

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Reichersberg. — Mon. boic. IV. 422 coll. XXXI. 458.

CCCXI.

1196. 26. April. Ebelsberg. — *Wolfker, Bischof von Passau, beurkundet, dass Adelheid, Äbtissin des Klosters Erla, ihr Recht auf den Reutzehent in den Pfarren St. Valentin und Hersching bewiesen habe.*

Wolfkerus Dei gratia *Pataviensis Episcopus* omnibus Christi fidelibus affectum Karitatis in Domino. Cum Ecclesia conventualis *Sancti Petri in Erlah* ab *Ecclesia Pataviensi* ex antiquo predita dono decimarum tam in Parrochia *ad Sanctum Valentinum* iuxta fluentum *Erlah* fluminis sita quam in Parrochia vocata *Heresinge* et eadem in ceteris predictarum terminis Ecclesiarum eiusdem doni longeva possessione et mancipio continuo potiretur, emersit aliquando super dictis decimas particularis quæstio coram nobis. Quidam enim ambarum Parrochiarum antedictarum incole concipientes in earundem partibus Parrochiarum extirpationem siluarum suarum et efficientes ibidem agros fructiferos de iam perfectis ibidem tunc novellis prouentuum adcrescentium decimas debitas dicte Ecclesie subduxerunt. Cum autem per Venerabilem dicti loci *Abbatissam Alhaidim* talis sue iniurie fieret propositio in nostra presentia, ipsa Abbatissa per effectum iusticie optinuit Ecclesie sue omnes eas decimas, de quibus tunc questio fuit orta, eas videlicet decimas per omnia loca ambarum Parrochiarum sepe dictarum, qui Riutzehent vulgariter appellantur. Ut igitur obtentus predictorum coram nobis tam effective patratas de nostre procurationis debito perpetuata stabilitate ab omnibus amodo permaneat inconcussus, apponimus sigillum nostrum huic pagine testibus etiam quibusdam tunc rei geste presentibus annotatis.

Testes: *Hainricus et Ernestus fratres de Truna, Pruno de Zierberch, Wernhardus de Wizenberch, Heinricus et Vlricus fratres de Gruenberch, Rudigerus et Sighardus Fratres cognominati Pibir, Otto Gallus cognomine, Heinricus de Mistilbach, Heinricus de Lonstorf, Ruodolfus de Chremsdorf, Rafoldus, Eberhardus de Altenhouen, Wichpoto et Herbordus de Erlah, Chunradus et Otto ibidem* et alii quam plures.

Digitized by Google

Acta sunt hec in *Ebilsperch* Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXXVI. anno Pontificatus nostri VI. Kalendas Mai.

Pez, Thesaur. Anecd. Tom VI. Ps. II. pag. 49.

CCCXII.

1196. — ***Aufschreibung über die Stiftung und die Privilegien des Klosters Formbach.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Heinricus formbacensis* abbas. Notum sit prouidentię uenturę posteritatis, quod nobiles istius loci fundatores scilicet pię memorię *Ekkebertus* comes et *Vdalricus* cognatus eius omni diligentia multimodis instituerunt (?) et sagaci industria statum istius ęcclesię in dei laude perseuerare intenta deuotione statuerunt et hoc apostolica auctoritate et imperatoria maiestate penitus roborauerunt. Domnus *beringerus* primus *formbacensis* cenobii abbas ipsorum fundatorum iuuamine inuestitus est omni libertate et protectionis tutela a uenerando papa *innocentio* secundo et ab ipso priuilegiis apostolicis confirmatum, ut eadem ecclesia ab omnium mortalium seruicio existat libera et solummodo romano pontifici subiaceat et pię memorię *Lotharii* III sigillo prorsus confirmatum, ne aliqua persona maior uel minor uel mediocris in his concessis eam inquietare, molestare, diuestire presumat. si quis contra hoc presumpserit, quod minime conuenit, LX. libras auri medietatem kamere nostre, medietatem predicte conponat ecclesię. Porro iusticiam, quam habuimus *ascha* in tributis firmiter sine contradictione a uenerabilibus fundatoribus nobis collatis, per uiolentiam secularium dominorum maxime per quendam *Heinricum* nobis infestum de *Julbach* cognomento *uarirre* ad horam minime habere potuimus sed prouidentia H. *formbacensis* abbatis suorumque fratrum consilio et auxilio meliorum totius prouincię multis laboribus firmiter obtinuimus anno incarnationis domini M. CXCVI, *Celestini* pape anno VI, H. imperatoris gloriosissimi anno VI, Domni *Wolfkeri pataviensis* episcopi anno VI. Comes *Wernhardo* (sic) de *scowenberch* iudex et aduocatus istius ecclesię conmunicato consilio prouida deliberatione datis testibus concessit et stabiliuit, ut non exigatur a nobis pedagium uel naulum sed sine obstaculo et tributo liberum deinceps semper habeamus transitum. Et hii sunt testes effecti: Ipse *Wernhardus aduocatus*, *Liutoldus*, *Alwicus prepositus*, *Chunradus rugehalme*, *Volcholdus pincerna*,

Digitized by Google

Heinricus de prampach, Willehalmus de geilspach et filius eius Rudolfus de curia, Heinricus de tobel, Liutoldus de Hartchirchen, Vlricus de pollenhaim, Eberhardus et Wernhardus filius eius de fuhtenpach, Rubertus stal iunior, Tiemo de puchperge, Dietricus de sulce et alii quam plures (fide digni — von späterer Hand).

Aus einem Pergament-Codex vom Ende des XII. Jahrhunderts, im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. IV. 146.

CCCXIII.

1196. — *Wolfker, Bischof von Passau, überträgt dem Kloster Gemünden in Anbetracht seiner misslichen Zustände, die Grund- und Patronatsrechte über die Kirche Vorchdorf; er erhält dafür ein liegendes Gut als Gegengabe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfkerus* dei gracia Patauiensis ecclesie episcopus Omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Ne in piis factis et laudabiliter postulatis posteri materiam contencionis inueniant, que legittime definita sunt, literarum debent memorie commendari. Ea propter notificamus uobis tam presentibus quam futuris, quod nos auctoritate dei patris omnipotentis misericorditer inducti et precibus uenerabilis fratris nostri abbatis *Manegoldi* et fratrum suorum in *Chremsmonasterio* ruinam et iacturam rerum loci sui considerantes fratribus nostris de choro et ministerialibus ecclesie nostre assensum prebentibus ius fundi et patronatus ecclesie in *Vorichdorf* cum omnibus terminis suis cultis et incultis ipsi abbati et fratribus in predicto loco deo famulantibus canonice et legittime perpetuo iure possidendum tradimus nosque ab ipsis predium, quod habuerunt in *Tubenprvnnen* in concambio recepimus; Eam autem condicionem interposuimus, ut predicte ecclesie sacerdos *Albero* nomine sicut eam hactenus possederat, diebus uite sue quiete et pacifice possideat ita nimirum, ut Kathedraticum, quod nobis debuerat, prefato monasterio annuatim sine contradictione persoluat, nisi forte de uoluntate sua dominus abbas ad aliam plebem illum transferat; Postmodum uero dominus abbas et successores sui nobis et successoribus nostris personam idoneam, sicut moris est in aliis ecclesiis suis, inuestiendam offerant; Dispensator uero monasterij uel dominus abbas de decimis et aliis emolumentis ordinent et sacerdoti honeste prouideant. Si quis autem huic nostre constitucioni ausu temerario uel aliquo ingenio contraire presumpserit, illo se

Digitized by Google

nouerit anathemate inuolutum, quo dominus interimit animas dampnatorum, et cum iuda traditore se sciat partem habiturum. Huius rei testes sunt fratres nostri de choro: *Heinricus* decanus, *Megingoz* prepositus, *Arnoldus*, *Heinricus* et iterum *Heinricus*, *Wernherus*, *Arnoldus*. De nobilibus vero *Pabo de Zolling*, *Wernherus de Griezbach*. De ministerialibus vero *Richkerus de Wesen*, *Fridericus* frater eius, *Ebo de Possinmvnster*, *Ekkolfus* frater eius, *Heinricus* iudex, *Albertus*, *Tiemo*, *Pabo*, *Livthardus*. De ministerialibus in Chremsmvnster: *Pernhardus*, *Rudbertus*, *Walchvnus*, *Otto*, *Hertwicus*, *Ortwinus*, *Hertwicus*. C. Acta sunt hec anno incarnationis domini M° C° L.° XXXX. Vj. Indictione Xjjjj; anno uero pontificatus nostri Vj.° Heinrico imperatore glorioso regnante feliciter.

Aus dem Codex Frider. im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 61, Nro. 48.

CCCXIV.

1197. 24. April. Solenau. — *Herzog Friedrich der Katholische von Österreich bestätigt dem Kloster Wilhering die Mauthfreiheit und überlässt ihm den Bezug des landesfürstlichen Marchfutters auf eine seiner Besitzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* dei gratia dux *austrie* omnibus in christo fidelibus salutem in perpetuum. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri, quod pater noster beate memorie *dux Liupoldus* pro anime sue remedio ecclesie in *Willeheringen* et fratribus donauit, ut bona eiusdem ecclesie ubique in terra sua aput thelonearios suos liberum absque omni iuris persolutione haberent transitum. Nos etiam eiusdem salutis, quam in hoc et in aliis benefactis suis promereri sperauit, participes effici cupientes, supradicte ecclesie hoc ipsum pro peregrinationis nostre prosperitate donamus et ipsam eadem beniuolentia et fauore, quem pater noster circa ipsam intendere proposuerat, fouere intendimus. Insuper eidem ecclesie in predio *Alberonis* de *cemlevbe*, quod ipsi ecclesie donauit, omne ius nostrum in annona, que dicitur marchfûter, contulimus. Vt autem hec nostra donatio inposterum inuiolata permaneat, presentem paginam scribi sigillique nostri inpressione subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, roborari fecimus: *Wernherus de griezpach*, *Chrafto de Amzinpach*, *Otto de ramensperch*, *Hartwicus ratisponensis aduocatus*, *Rûdolfus stubich*, *Vlricus de*

Digitized by Google

*chunegesprunnen, Aloldus dapifer, Albero marscalcus, Meingotus camerarius, Pilgerinus de swarcenowe et frater eius**) *Chalhous de mulbach, Rudegerus de senftenberc, Hadmarus de chunringen, Irnfridus de gnanendorf, Vlricus strûne, Chalhovs de tulbingen,* Datum apud *Salchenowe* per manus *Vlrici* notarii Anno incarnationis dominice M. C. LXXXX VII. VI. Kalendas Maii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Archive zu Wilhering. Das Durchschossene konnte im Originale nicht mehr gelesen werden, und wurde aus der Panchante von 1680 $\frac{11}{16}$ ergänzt. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 490.

CCCXV.

1197. — *Vertrag zwischen Wolfker, Bischof von Passau, und Wernher von Griesbach, wegen einiger Hörigen zu Aschach.*

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis ecclesie episcopus* Omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Notificamus omnibus catholicis scriptis presentibus, quod controversia quedam, que fuit inter nos et nobilem uirum *wernherum de Griezpach* de quibusdam hominibus in *Aschahe* constitutis Tiemone uidelicet et fratre suo Altmanno et sorore amborum Heilica et filio matertere eorum walchuno, quos de manu nostra wernherus idem in feodo se habuisse fatebatur, taliter sedata est: Prefati siquidem homines precibus suis et seruiciis apud prenominatum wernherum hoc obtinuerunt, ut iuri, quod in eos habuisse fatebatur, in presentia nostra abrenuntiaret. Quo facto nos ad peticionem eorum inclinati ipsis et omnibus eorum legitimis heredibus ius ministerialium dedimus. Unde ne qua in posterum de iure eorum oriri possit calumpnia, scripta presentia cum sigilli nostri impressione in testimonium eis concessimus. Huius rei testes sunt *Meingotus prepositus, Dietmarus prepositus, wernherus de Griezpach, Adelrammus de Chambe, Richkerus de wesen, Manegoldus de Aheim, Albertus puer de Patauia, Heinricus iudex, Luithardus, Dietricus sartor, Tiemo de Puchenperge, vlricus Prenzinger, wernherus de winigisperge, Heinricus de Sancto vodalrico, Fridericus de Raennahe, Meinhalmus de wazmanstorf.* Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. C. XCVII., *in quo facta est peregrinatio Jerosolimam.*

Mon. boic. XXVIII. II. 129 ex libr. cop. Patav.

---

*) Ob nach „eius" ein Punct, oder nicht, konnte nicht mehr gesehen werden.

Digitized by Google

CCCXVI.

1198. 30. Juni. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, verleiht dem Gundackar von Steyr die Herrschaft Wildberg.*

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis *Wolfkerus* Dei Gratia *Pattaviensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus in futurum affectum caritatis in Domino. Quia memoria hominum labilis est, fulcitur aliquociens scripturæ suffragio eo, quod causarum dignam conservationem valeat ad notitiam hominum necessitatis tempore reportare. Unde innotescere tenore præsentium cupimus omnibus in perpetuum, Quod, cum fidelis Noster *Gundackerus de Styria* ab Ecclesia nostra videlicet Pattaviensi large esset infeodatus et se sic inter Nos haberet mutua conversatio, quod ipse ad nostram Ecclesiam sinceritate perfecta se gereret, Nos vero ipsum plena gratia et beneficiis continuis amplexaremur, idem Gundackerus pari forma, ut præmissum est, deferens Ecclesiæ nostræ sua procuratione peregit, quod quidam vir Nobilis nomine *Gotschalckus de Huensperch* delegavit libere Ecclesiæ Pattaviensi has proprietates, videlicet *castrum Wiltperch* una cum omnibus sibi attinentibus, tam cultis quam incultis, tam nemus quam agros seu pascua vel alia quæcunque quocunque loco sita vel qualicunque nomine designata, quibus omnibus prædictus Gundackerus est a nobis infeodatus ista vice. Addidimus ipsi etiam tunc conferendo omnes decimas ibidem nobis attinentes tam præsentes quam futuras et etiam ibidem fundum Ecclesiæ construendæ. Ad ipsius quoque instantiam omnia præmissa memoratum Gundackerum una cum omni masculina sua posteritate hæreditantem in tali jure stabilimus perpetuo, quod in omni dicta generatione omni ipsi sit justitia posteritati, quæ nunquam ingerat ipsi nocumentum in jure dicto, quandocunque vel qualicunque modo ejusdem feudi inter coheredes possessio dispertita. Statuimus itaque, quod per omnem ipsam generationem eventus mortis non possit aufferre de hac progenie masculina totum vel singularem partem feudi prætaxati, Sed in his proximus hæres cuilibet defuncto succedat sine obstaculo ex parte infeodantis sopito prorsus allegationis impedimento de diutina absentia possessionis contra succedentem. Concedimus etiam, quod si sexus masculus in generatione ipsa defecerit, fœminæ ejusdem propaginis succedendi utantur in prædictis jure sub titulo feodali. Nulla tamen dictarum

Digitized by Google

feminarum præsumat hujusmodi participatum nec inde actionem concipiat, quamdiu sexus masculini hujus generis persona licet unica sit superstes. Talis enim nostra in hujusmodi juris donatione diffusio largitatis capitulo et familiæ Ecclesiæ nostræ bene competere videbatur. Habito respectu ad hæc, quod sæpe dictus Gundackerus elegit potius habere ab Ecclesia Nostra omnia prædicta in feodo quam in jure proprietatis adlegante ipso Nobis, Cum tamen ad voluntatem suam positum sibi, quod ipsorum malet, eligere præjaceret. His itaque rite peractis videbatur necessarium tam nobis infeodantibus quam infeodato cognoscere et distinguere terminos possessionum per singula prædictarum. Quos sumpta debita experientia distinguimus in hunc modum: a Castro igitur Wildperch ad orientem est quædam antiqua via *Savinstraze* vulgariter appellata, quæ ducit versus *Bohemiam*, juxta cuius ductum et distinctionem dictæ possessiones usque ad confinium Bohemiæ protenduntur. Ab eodem vero Castro ad occidentem loco dicto *Teyschinge* est prope sita quædam quercus habens originem limitis procedentis ab ipsa in *Chunnenprunne*, a Chunnenprunne in paludem dictam *Viltzmos*, ab ipsa palude per medium loci dicti *Grebliche* usque ad viam, quæ vulgo *Schefwech* dicitur. Ab ipsa via in rivolum vocatum *Gensbach*, ab ipso in flumen nomine *Restie* et secundum ejusdem fluentum sursum usque in *Wielanstanne*, ubi ad partem Septentrionalem dictæ possessiones Bohemiorum confinio terminantur. Mons etiam vocatus *Stella*, sicut ex sui situ infra terminos dictos probatur, est connumerandus possessionibus ante dictis. Ut autem omnia, quæ prædicta sunt, in statu debito conserventur, appendimus ad confirmationem et testimonium ipsorum Sigillum nostrum huic paginæ Eis etiam, qui huic facto aderant, testibus annotatis. Testes *Normannus, Hertnidus, Otto Decanus, Chalhohus de Valckenstein, Godfridus Archipresbiter, Heinricus de Petenpach, Ottocherus de Watzenkyrchen, Heinricus Decretista*, Cannonici Pattavienses. *Richkerus de Wesen, Chunradus de Valcchenstein, Heinricus de Heidendorf, Waltherus de Tannberch, Leutoldus de Sauerstetten, Heinricus de Lonstorf, Chunradus de Pazrichswanch* et alii quam plures. Acta sunt hæc *Pattaviæ in capella Nostra* Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXXX. VIII. Anno Pontificatus Nostri VIII. pridie Kal. Julij.

Hoheneck II. 510. — Ludewig, Reliq. Mscptt. IV. 211. — Wurmbrand, Collect. genealog. Addend. 236. — Leupold, Allgemeines Adels-Archiv, 635.

Digitized by Google

CCCXVII.

1198. 18. August. Plattling. — *Leopold, Herzog von Österreich, erlaubt dem Kloster Metten, statt der gewöhnlichen Mauthgebühr zu Stein und Ibs nur 32 Pfennige zu entrichten; bei der Mauth zu Enns solle es ganz frei sein.*

In Nomine sancte et individue Trinitatis. *Livpoldus Dei gratia Dux Austrie et Styrie* Omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Benevolentiam, quam generaliter ad Ecclesias virosque religiosos et sacra undique loca extendere debemus, Ecclesiis ad nos spectantibus tanto promptius inpendere debemus, quanto familiariore jure adstricti nos vobis esse videmur. eo igitur intuitu *metmensi Ecclesie*, quam ratione fandationis majori delectationis affectu amplecti debemus, eiusdemque Ecclesie fratribus in transducendis bonis ipsorum apud Thelonea sive mutas nostras hoc ipsum juris donavimus, quod a beate memorie Patre nostro *Duce Livpoldo* fratreque nostro *Duce Friderico* habuerunt, cum et nos in bonis actibus eos imitari cupiamus videlicet, ut singulis annis supra dicte Ecclesie fratres pro omnibus bonis ipsorum, que apud mutas nostras transducuntur, nonnisi XXXII. nummos apud *Steine* et totidem apud *Ipspurch* vel quocunque muta nostra transferatur, persolvant. Insuper *Anasi* apud mutam nostram, que dicitur furuart, singulari nostra donatione liberum eis transitum concedimus. Ut autem hoc jus nostre donationis stabile eis in posterum observetur, presentem paginam scribi sigillique nostri Karactere roborari subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, muniri jussimus. *Domnus Chuonradus Cappellanus, Wolfgangus Cappellanus, Krafto de Ancinspach, Wernhardus de Schovvenberch, Wichardus Dapifer, Otto de Haslouvve, Heindericus de Buorf, Hugo de Ottensteine, Uolricus de Kunegesprunne, Ortolfus de Ramensteine.* Datum per manus *Uolrici Notarii apud Plaedlingen super Isermos* Anno Incarnationis Domini MCXCVIII. XV. Kal. Septembris.

Mon. boic. XI. 441.

CCCXVIII.

1198. Salzburg. — *Adelbert, Erzbischof von Salzburg, bestimmt dem Kloster Reichersberg jährlich zehn, dem zu Suben jährlich drei Salzpfunde aus der Saline am Tuval.*

† C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *albertvs* dei gratia salzburgensis ecclesię archiepiscopus apostolicę sedis legatvs omnibus

Digitized by Google

christi fidelibus salutem in christo iesu. Ex iniuncte nobis administrationis officio omnibus spiritualibus diuinis seruiciis mancipatis pro modo nostrę facultatis in erogatione beneficiorum temporalium subuenire tenemur. Nouerint ergo omnes bone uoluntatis homines, quod nos hac iusta consideratione fratribus in *Richerspergensi* cenobio deo famulantibus nec non et *Subnensibus* ad amplificandum stipendia ipsorum partem saline in *Tuual* ad annualem pensionem *Richerspergensibus* decem librarum *salzpurgensis* monete ac *Subnensibus* trium librarum eiusdem monetę legitima traditione donauimus, constituimusque predictam pensionem dari eis a preposito *Salzpurgensis* ecclesię *Pertholdo* de eius successoribus annuatim ante diem natalis (sic) sancti Johannis baptistę in perpetuum. Et ut hec nostra traditio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc paginam conscribi et inpressione sigilli nostri iussimus insigniri.

Ego *Perhtoldus salzpurgensis* prepositus subscribo.
Ego *Hermanus* decanus eiusdem ecclesie subscribo.
Ego *Heinricus* plebanus S. S.
Ego *Alhardus* S. S.
Ego *Sifridus* S. S.
Ego *Chŏnradus* S. S.
Ego *Hartfridus* S. S.
Ego *Hermannus* S. S.
Ego *Heinricus* S. S.
Ego *Rŭdegerus* S. S.
Ego *Ortolfus* S. S.
Ego *Perhtoldus* S. S.
Ego *Tiemo* S. S.
Ego *Ortolfus* S. S.
Ego *Wennherus* S. S.
Ego *Otto* S. S.

Acta sunt hec in loco nostro *salzburg* anno ab incarnatione domini M°C°X$\overset{o}{C}$. VIII indictione I. anno pontificatus nostri X$\overset{o}{X}$X.$\overset{o}{I}$

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Reichersberg.

Digitized by Google

CCCXIX.

1198—1216. — ***Papst Innocenz III. bestätigt alle Güter und Freiheiten des Klosters Wilhering, und nimmt es in den besonderen Schutz des heiligen Stuhles auf.***

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Cunrado abbati de Wileringen* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genetricis et uirginis Marie, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cysterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam in *Nuwenhoue*, Portum iuxta claustrum ex utraque parte *danubii*, Portum contra forum *otehsheim*, Transitum in *danubio* liberum ab illa exactione, que muta dicitur, a duce *Ivpoldo* indultum; Siluam, que dicitur *Curenberc*, cuius termini sunt usque ad ueterem *wileringen;* Possessiones, quas habetis in *ederamesberge*, *Mulebach*, *Ketzingen*, *Harden*, *Nůfarne* et ceteris iuxta *trunam* in *růdolfingen*, *Peschingen*, in *Hiltegeringen;* Predia, que possidetis trans *danubium*, scilicet *Havenarn* (?), *Cogele* et reliqua circumquaque in eadem uicinia sita; Grangiam *yuenberge*, *Greblich*, dimidietatem silve *boemice* a fundatore *vlrico* collatam; Mediam partem campi, qui uulgo dicitur *lobenuelt*, ab eodem acceptam, Decimas a parrochia *grimarsteten* concambio exemptas nec non et sepulturam familie *Babenbergensis* ecclesie, ad quam fundus ipse pertinet, et sepulturam familie de *wassenberch*

Digitized by Google

ita dumtaxat, ut prius aliquod remedium parrochiano suo prouideant; Curiam in *cremese* cum uineis et decimis suis; Curtem in *cymeleup*, allodia in *salabulcha* possessiones in *pilstein* et *lvpoldesdorf;* Curtem in *cydelarn;* Predia in uilla, que dicitur *Bach*, cum pratis, uineis, terris, nemoribus, vsuagiis et pascuis, in bosco et plano, in uiis et semitis et omnibus libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis, sive de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat s . . . . . clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium literarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis retinere forte presumpserit, licitum uobis sit, in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que uero donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli uestri pro aliquo fideiybeat uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium capituli uestri prudentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si quis forte presumpserit, non teneatur conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis siue civilem sive criminalem contineat questionem fratrum uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium jus uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel indicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat nec domos uestras *causa ordines celebrandi* (sic) causas tractandi uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem impediat aut de instituendo uel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta cysterciensis

Digitized by Google

ordinis se aliquatenus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humitate (sic) ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub optentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus inpendat. Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et conmunionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, inpendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc inposterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et conmunionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, exconmunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas non soluitis siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica uobis benignitate indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint, in illis diebus, in quibus uos laboratis, et alii feriantur eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cysterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea

Digitized by Google

cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna inposterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas, nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus uel aliis fidelibus racionabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernacione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanquine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

Monogramma.

Original auf Pergament, im Archive zu Wilhering. (Verdächtig ist der Umstand, dass nie eine Bulle an der Urkunde hing, wie auch nirgends ein Datum bemerkt wird.) — Stülz, Wilhering, 499.

Digitized by Google

CCCXX.

1200. — *Berthold, Abbt zu Garsten, überlässt der Gewandkammer des Conventes gewisse Zehente.*

In nomine Patris et filii et spiritus sancti. Nos *Berhtoldus* dei gratia *Gerstensis* abbas Omnibus presentem paginam inspecturis salutem eternam. Quia sepe solent facta memoriam posterorum relinquere, ideo de communi fratrum nostrorum assensv presentis scripture seriem nostrorum sigillorum caractere duximus roborandam. Sciant igitur vniuersi presentes et futurj, quod nos totam decimationem jn *nevstifte*, quc ad ius abbatis nunquam pertinebat, camere vestiarie fratrum nostrorum pleno ivre conscripsimus huiusmodi pacto subtercluso, quod exinde cvilibet fratrum vnum pellicivm singulis annis proveniat, quatinus, sicut antea medietas congregationis pellicia recepit, sic amodo crescente gratia de simili receptione gavdeant vniversi. Debet insuper sacerdos, qui celebraturus fuerit ibidem, necessaria prebende sue accipere, quatinus ecclesia de *Rvbnich* tres modios siliginis et tres avene sibi provideat et ipsa de *Nivnstifte* de totidem responsura sit eidem. Nulli ergo successorum nostrorum liberum erit nostre constitutionis paginam infringere, si non solum dicte gratie sed etiam gratie in ivs mutate noluerit (sic) obpugnare.

Actum Anno M. CC jncarnationis .....

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten.

CCCXXI.

1200. — *Otto, Abbt von Wilhering, beurkundet die Schenkung des Gutes Kürnberg von Seite Otto's von Grubech an das Kloster Wilhering zur Verbesserung der Pfründe.*

In nomine † summe † et † indiuidue † trinitatis ... *Otto* dictus abbas in *wilheringen* et omnis congregatio eiusdem loci notum facimus omnibus christianis tam presentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo *otto de grubeh* predium quod *kůrenberich* dicitur, datis XV. marcis argenti examinati a nobis comparatum idipsum manu sua super altare sancte marie pro remedio anime sue delegauerit monachis et conuersis astantibus tali statuto, ut singulis annis duobus diebus consolationem inde percipiat conuentus in pane albo una cum piscibus recordationem sui et uxoris ipsius. Qui dies isti erunt feria

Digitized by Google

secunda festo sancte trinitatis prima, in conmorationem coniugis eius, et festum sancti nicolai transferendum in eam diem, qua ipse de hoc seculo excesserit. Si quis hanc institutionis nostre paginam infringens deleuerit, deleatur nomen eius de libro uite.

Acta sunt hec dominice incarnationis anno M. CC.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Wilhering. (Das Durchschossene konnte nicht mehr genau gelesen werden.) — Stülz, Geschichte von Wilhering, 491.

CCCXXII.

Circa 1200. 11. November. Kremsmünster. — *Manegold, Abbt von Kremsmünster, beurkundet die Schlichtung eines Erbtheilungs-Streites unter einigen seiner Ministerialen.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego *Manegoldus* dei gratia abbas in *Chremsemunster* uidens super hereditatis particione quosdam ministerialium nostrorum discordare *pernhardum* scilicet *de aheliten* et uxorem suam *hiltigarden* et filios ipsorum et filiam cum *hartwico de putebach*, licet eandem discordiam ante tempora nostra terminatam relatione cognouerimus et scripto, in presentia tamen quoque nostra in hunc modum eam terminare decreuimus. Tradidit predictus *Hartwicus* sorori sue uxori eiusdem *pernhardi* et proli eorum sex mancipia, quorum hec sunt nomina: *Fridericus, Mahthildis* et filia eius *Rihza* et filius *hainricus, hailica, maisa.* Huius autem determinationis talis erat conditio: Jam supradicta *hiltigardis* cum tota prole sua generalem fecit abrenuntiationem, ne uel ipsa uel aliquis posterorum eius eiusdem hereditatis aliquam haberet de cetero impeticionem in eundem *hartwicum* aut uxorem eius filiorum posterorumue ipsorum quempiam. Huius rei testes sunt: *Gundacher de styre, prüno de yphe, Otacher et Gotefridus de slierbah, Olricus de grŏneburc, Engilscalh de huzenbach, Rŏdolfus de ternberc, Hainricus de aiche, Hainricus de syppah, Richer de styre, Gundacher de staimbach, pilgrim de ense, Roperth de syppah, Merbot de lapide, Covnradus dens, Cŏnradus de aigen, Meinhalm de Wizchirchen, Conradus de asperc, Robertus et Wezel filii roberti, Sygrim de ŏde, Ernest de chrumpenhŏbe* und ander genŏge. facta sunt in festo beati Martini in Chremsemunster.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 63, Nro. 49.

Digitized by Google

CCCXXIII.

Circa 1200. — *Propst Engelbert und der Convent zu St. Florian tauschen mit Chärl und seinen Söhnen Besitzungen.*

Omnibus christi fidelibus presenti pagina innotescere cupimus, qualiter *Engilbertus* prepositus et uniuersitas fratrum litteratorum et illitteratorum in *domo sancti floriani* concambium fecerunt cum quodam *Chaerl* et filiis filiabusque suis, dantes eis predium, cui nomen *loch*, quod ab episcopo *diepoldo* emerunt, et lucum cum suis attinentiis, quem dominus *heinricus de lapide* eidem ecclesie contulit, et recipientes ab eis aliud predium in *ŏde* situm ex utraque parte cautione et conpromissione facta, si forte lis aut controuersia de utrolibet pretaxatorum prediorum quacunque occasione emergeret, utralibet pars predium a se in concambio datum a querelantium inpeticione tueretur. Huius rei testes sunt *Vlrich et Rvdolf de chremsdorf, Otto chreiær, Rafolt, Otto de uurhobet, Dietrich hecche, Rvdgerus falshil, Gotschalch, Dietmar liber, Heinrich de hohinpŏmin, Herbort filius Athardi, Vlrich, Sigmar, Rvbertus, Marquart, Meingoz, Hærtnit, Alber de oede, Henrich de puhil, Rætker de lilinhouin, Walchvn de pfafinhouin.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu St. Florian.

CCCXXIV.

Circa 1200. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster St. Nikolaus und den Gebrüdern von Tegernbach wegen des Zehents und eines Hofes zu Tegernbach in der Pfarre Grieskirchen.*

In nomine sancte et individue trinitatis. *Wolfkerus* dei gratia patauiensis ecclesie episcopus vniversis christi fidelibus perpetuam in christo salutem. Notum fieri volumus omnibus presentis et futuri temporis filiis (sic), qualiter lis inter canonicos regulares *Sancti Nycolai* et inter dominum *Ortolfum* et fratres suos *Ottonem* et *Sibotonem de Tegerenbach* versabatur pro decimis agriculturę suę in barrochia *Griezkirchen* et quodam predio, quod *tegerenbach* vocatur, quod *Ortolfus* pater eorum pro remedio anime sue beato Nicolao et canonicis deo ibi seruientibus contulerat, nostro est decisa iudicio. Constitutis in presentia partibus causa a predictis canonicis est

Digitized by Google

proposita, super qua et super prenominatorum fratrum responsis quesitum est a nobis in sententia, quid de hiis ad conmodum utriusque partis iustum uideretur. Super quo requisiti a nobis dominus *Chvnradus* archidiaconus et *Thiemo de bwchenperg* ministerialis noster talem dederunt sententiam, vt testes audirentur et secundum eorum attestationes iuxta tenorem priuilegii, quod iam dicti canonici pro se allegabant, cause finem inponeremus. *Dietmarus* igitur de *crammerstain* iuratus dixit, eandem causam ita notam esse sibi, sicut tenor priuilegii habebat. *Wizmannus* etiam iuratus dixit, bene sibi constare de causa et ita esse, vt ex tenore priuilegii audierat. Auditis itaque eorum attestationibus requisiti a nobis dominus *Chalhohus* archidiaconus et *Heinricus de prez* ministerialis noster hanc sententiam dictauerunt, quod prenominati testes ita testificati essent, quod sepedicti canonici iuste per eos pretaxatam decimam et predium supra memoratum obtinuissent. Quam sententiam rite latam et vniversaliter a clericis et laicis approbatam potestatis nostre auctoritate confirmantes Sigilli nostri robur ei inpendimus et si qui eos in predicta decima et predio iam sepius nominato grauare aut eos iniuriari presumpserint, auctoritate beatorum apostolorum petri et pauli eorumque successorum et nostra anathematis uinculo eos innodamus. Acta sunt hec *patauie* in publico capitulo nostro sub testibus subnotatis. *Poppone abbate de Altha, Leonhardo preposito de Richersperc, Dietmaro preposito de Suben, Gerungo preposito de Osterhoven et canonicis cathetralibus Chvnrado archidiacono; Chalhogo archidiacono, Hainrico plebano de Wartperc, Haeinrico plebano de Gozpoldeshouen, Alberone de Trivsteren, Pilgrimo de sancto Egidio, Vlrico de Ammezdorp, Leone de Griezkirchen, Waltchuno de Rothenperc et fratre suo Alrammo de Vthendorpc, Wergando de Romthingen, Hainrico de Povmgarthen, Alkero et Hainrico fratre suo de Waltecke, Wernhardo de Ort, Thiemone de bwchenperc, Alberto puero, Hainrico de Prez, Hainrico de Loenstorf, Ekkehardo de vvrt, Alberone de Germunsperc, Dietmaro et fratre suo Haeinrico de crammerstain, Alberto, Sigbothone, Walthero, Rvizone, Wizmanno, Azelino, Pernoldo.*

Original auf Pergament mit Siegelresten, im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold (edit. Monac.), II. 569. — Mon. boic. IV. 314.

Digitized by Google

CCCXXV.

Circa 1200. — *Wolfker, Bischof von Passau, eximirt das Spital zu Garsten von der Mutterkirche zu Kirchdorf und Wartberg, verleiht selbem Zehente und entschädigt Letztere.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis* Episcopus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam et futuris inperpetuum. Episcopalis nostre speculacionis debitum attendentes loca diuino seruicio mancipata paterno diligimus afectu et ad eorum profectum pie promouendum non in merito intendimus. Nouellam itaque plantacionem hospitalis, quod in *garsten* in nomine domini et in honore sancte marie constructum est, intimo afectu diligentes peticioni quoque uenerabilium fratrum nostrorum prelatorum et omnium in eadem fraternitate consorcium habencium benigne annuentes adhibito communi consensu fratrum nostrorum de choro et ministerialium, cum uoluntate et coniuencia dilecti capellani nostri *Heinrici* plebani in *wartperch*, ad quam utpote matrem ecclesia in *garsten* primitus pertinebat, eidem hospitali in *garsten* sito omnem decimacionem, quam ecclesia predicta hactenus possedit, a fluuio *stier* vsque ad montem *pierdonem*, cultam et colendam legitima donatione contulimus et ecclesiam in *garsten*, in qua hospitale situm est, ab omni iure babtismalium ecclesiarum *chirhedorf* et *wartperhc* exemimus eamque hospitali possidenda in perpetuum tradidimus. Quia uero, sicut iustum est, ecclesias wartperch et chirchdorf indemnes esse uolumus, quibus uidelicet ecclesia in *garsten* hactenus subiecta fuerat, ipsas utrasque ecclesias ab omni iure cathedratico perpetualiter absoluimus statuentes, ut cum unanimi consensu *babenbergensis* episcopi et totius fraternitatis in *ens* conuentum facientis de prediis sepe dicti hospitalis propter legitimum concambium ecclesie in *chirhedorf* et *wartperhc* tantum predii conferatur, unde XII solidi annuatim persoluantur, quod et factum est, citra *mulbahc* VI. solidos et ultra *mulbahc* LX. denarios et apud *steinwent* dimidium talentum. Quia uero predia eadem hospitali satis commode adiacent et ecclesiis predictis ualde remota, statuimus, ut, quando post hec hospitale aliqua predia extra montes quocunque modo acquisierit, sine contradictione predicta predia pro eis conmutandi facultatem hospitale habeat. Et huius rei testes: Ego *Heinricus decanus patauiensis* subscribo. Ego *Heinricus canonicus* S. S. Ego *mengotus canonicus patauiensis* S. S. Ego

Digitized by Google

Richerus canonicus S. S. Ego *arnoldus canonicus* S. S. Ego *Hermannus canonicus* S. S. Ego *Albero canonicus* S. S. *Gotfridus canonicus* ego S. S. Ego *Dietmarus canonicvs* S. S. Ego *Chunradus canonicus* S. S. Ego *Timo canonicus* S. S. Ego *Hartnidus patauiensis canonicus* S. S. Ego *Eberhardus patauiensis canonicus* S. S. Ego *Siboto canonicus* S. S. Ego *arnoldus canonicus* S. S.

Original auf einem langen, schmalen Pergamentstücke, woran eine Zwirnschnur ohne Siegel und ein rundes, weisses Siegel an einer roth-blau-weissen Schnur hängt, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXVI.

Circa 1200. — *Wolfker, Bischof von Passau, schlichtet den Streit zwischen dem Kloster Waldhausen und Rudiger von Senftenberg wegen des Marktes Königswiesen.*

Wolfkerus dei gratia *patauiensis* episcopus cunctis christi fidelibus in perpetuum. Quotiens negocia recordatione digna res aut tempus obtulerit, opere precium uidetur, vt idonea scriptorum simul et testium assignatione roborentur. Hinc est, quod pro habundantis cautele remedio memorie tam presentium quam futurorum notum fore uolumus, qualiter *Chremis* in communj totius cleri nostri Capitulo litem, que inter dilectum filium et fratrem nostrum dominum S. prepositum Sancti Johannis in *Walthusen* et *Rudigerum de Semphtenberch* pro foro in *Chunigiswisen* iam div uersatam cum amicorum utriusque partis consilio consulte deciderimus eo uidelicet tenore, vt prefatus *Rudigerus* eidem ecclesie in primo aditu post decisam litem decem talenta Winnensis (sic) monete et annuatim duodecim solidos stabili iure persoluat. Quod si forsan, vt plerumque contingit, per negligentiam aut temeritatem annuum illud pactum statuto tempore hoc est in festo Sancti Mychælis soluere neglexerit, in primo anno duo talenta resarciat et si deinceps, nec ipse nec aliquis filiorum aut nepotum vel etiam totius posteritatis prefatam ecclesiam super eodem predio inquietare presumat (sic). Huius igitur coniuentie paginam inpressione sigilli nostri confirmamus et subscriptis testibus roboramvs. (Die Zeugen fehlen.)

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge IV. 444.

Digitized by Google

CCCXXVII.

Circa 1200. — *Otakar, Archidiacon der oberen Mark, beurkundet eine Schenkung Herrand's von Moskirchen zum Spital am Pühra.*

Ego *Otachorus archidiaconus superioris marchie* uniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis cupio fieri manifestum, quod Dominus *Herrandus de moschirchen* contulit hospitali, sancte marie in *pirn* duos mansus aput sanctum laurentium in presentia mea ex consensu, ex uoluntate omnium amicorum suorum Testibus presentibus *Ditrico milite de monte, Erchingero milite, Hainrico milite de vleze, Hermanno et Richero fratribus de monte* et alijs quam pluribus. Et presens scriptum sigilli mei munimine feci roborare.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Mon. boic. XXVIII. II. 369. — Wiener Jahrbücher, Anzeigeblatt XXXIX. 26. — Hormayr, Taschenbuch 1846, 58.

CCCXXVIII.

Circa 1200. — *Gundaker von Steyer sendet für das Spital am Pühra dem Markgrafen von Andechs eine Hube zu Hanfeld auf.*

Nouerint tam singuli quam uniuersi, quod ego *Gundacharus de Stiria* hubam quandam in *Hanuelde* pro remedio anime mee ac parentum meorum domino *Marchrauio de Andehse* resignaui, ipse quoque Marchrauius eandem hubam domino *pabinbergensi* episcopo resignauit sub hac forma, ut dominus episcopus ipsam hubam hospitali sancte Marie in *pirin* contraderet perpetuo iure possidendam. Huius rei testes sunt *Hartnidus prepositus Aquilegensis, Albero de Pollenheim, Alramus aduocatus, Engilbertus iudex de anaso, Livtoldus de Pernowe, Otacharus de Stille, Engilgerus iudex, Heinricus wiruel, Chunradus de nithartinge, Chunradus de Widenholze, Werenhardus magister de Preittenowe, Aspinus iudex de nouo foro, Sifridus niger, Ditmarus filius pernuzelinne, Heinricus de hage, Otto abbas de Lambach.* Et ut ratum sit sigilli nostri inpressione presentem cedulam roboraui.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

Digitized by Google

CCCXXIX.

Circa 1200. — *Herrand von Wildon schenkt dem Hospitale am Pühra verschiedene Besitzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Herrandus de wildonigin* omnibus Christi fidelibus in posterum. Si uite istius cursum ueraciter atendimus (sic), nichil in eo firmum, nichil stabile inuenimus. Preterea potestatiua manu et omni hereditario iure trado et delego domine nostre sancte Marie ecclesieque eius supra *pierin* hvbam unam aput *ravnach* in septenario filii mei *hartnidi* pro remedio anime eius ob ueniamque peccatorum meorum atque omnium heredum meorum in cultis et non cultis, in aquisitis et aquirendis et aput *glokiniz* ius nostrum, quod dicitur perchreht, a uinea atque deinceps quicquid uinearum eidem ecclesie ex donatione fidelium, inibi accesserit ius nostrum .... cum comitetur. Item aput *obirneiche enstal* tres hvbas cum manu domini nostri d ... ustrie et styrie et hoc aput *lêzin*. Presentibus *Perhtoldo de embirber*, *Rêdigero marskalco*, *Hiltigrimo magistro coquine*, *Rapotone magistro hospitalis*, *Heinrico de hêrinbach*, *meinhardo presbitero de admunt*, *Hiltigrimo de wiarin*, *Rapotone de vndirnberch*, *Chunrado de lêzin* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXX.

Circa 1200. — *Heinrich Karline überlässt dem Hospitale am Pühra seine Eigen- und Lehen-Besitzungen in der Swant.*

Nouerit vniuersa posteritas tam presentium quam futurorum hominum hanc paginam audientium, quod *Heinricus* cognomine *Kaerlink* filius *Liutoldi de Gaersten* ab hospitalicij (sic) *Aemerlone* et domino *Liutoldo de Pernowe* precibus inductus et munerum receptione inclinatus omnem iusticiam quam habuit in bonis suis, uidelicet in loco, qui dicitur in der *Swant*, tam ius feodale quam eciam ius proprietatis tam in acquisitis quam in aequirendis hospitali sancte Marie in *Pirn* libere contulit, ut nunquam amodo aliqua impetitione seu qualibet alia asserendi occasione super predictis bonis nos siue ecclesiam istam presumat uel ualeat impetere. Quod factum, ut in memoria habeatur, testimonio illorum, qui inter fuerunt, roboratur. *Dominus Otacher plebanus in Petenbach*, *Heinricus et Volmarus sacerdotes*,

Digitized by Google

Dominus Liutoldus de *Pernowe, Chunradus de Lambach, Heinricus officiarius, Chrevchaer et Snello et Zaerremantel de gaersten, Albertus uf dem ekke, Heinricus ponhalm, Pilgrimus carnifex, Heinricus uf der werr, Perhtoldus piuglaer* et alii quam plures.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXXI.

Circa 1200. — *Wolfker, Bischof von Passau, übergibt dem Kloster St. Florian tauschweise einige Güter.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Wolfkerus* diuina fauente gratia *patauiensis ecclesie episcopus*. His presentibus scriptis nostris successorum nostrorum noticie pandimus, quod chori et ministerialium nostrorum accedente consensu cum fratribus in *domo Sancti Floriani* cambientes tradidimus eis curtem in *sumerowe* cum omnibus adtinentiis suis cultis et incultis et duo predia iuxta *neunchirchen* sita accipientes ab eis aliam curtem iuxta fluuium, qui dicitur *erlah* sitam, et predium unum situm iuxta *marbach*. Verum ut talis nostra commutatio rata et inconuulsa in posterum permaneat, priuilegio et sigilli nostri inpressione eam corroborantes firmamus.

Ego *Heinricus decanus pat.* Ego *Meingodus* s. s. Ego *Heinricus* s. s. Ego *Arnoldus canonic.* s. s. Ego *Timo* s. s. Ego *Wernherus canon. pat.* s. s. Ego *Richerus canonicus Patav.* s. s. Ego *Hartnidus canon.* s. s. Ego *cunradus canonic.* s. s. Ego *Gotfridus canon. patau.* s. s. Ego *Albero canon.* s. s. Ego *arnoldus* s. s. Ego *Eberhardus can. patau.* s. s. Ego *Hermannus canon.* s. s. Ego *Dietmarus canon.* s. s. Ego *Siboto can.* s. s.

Original mit Siegel, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 274.

CCCXXXII.

Aufschreibung über die Gründung des Klosters Wilhering und dessen frühere Schicksale.

Quicumque nosse desiderat, quo tempore fundatum sit cenobium, quod *Wilheringen* dicitur, uel a quibus personis possessionibus et rebus ampliatum, si paginam subscriptam inspexerit, ex eius inspectione plenaria ei cognitio illucebit. Primo igitur sciendum, quod duo fratres in *Wessenberg* exstiterunt, uidelicet *Ulricus* et *Colo*, uiri nobiles et

Digitized by Google

potentes, quorum Ulricus primogenitus cum uxore careret et liberis, omnem portionem patrimonii sui ad constructionem conuentualis ecclesie deo optulit. Primitus autem canonicos regulares de *Sancto Floriano* ibi instituit, qui cum in religione pro uoto suo non proficerent, ammotis illis iterato ordini Cysterciensi, cuius eo tempore oppinio habebatur celebris, et *abbati Gerlao de Rvna* eandem ecclesiam edificandam donauit. Eodem autem tempore *Bauenbergensi ecclesiae* preerat *Eberhardus*. Erat uir bonus et timoratus et insuper fundatorum cognatus, cui Vlricus ob fuorem (fauorem) cognationis fundum ecclesie sue assignauit eo uidelicet tenore, ut indigentiam eius oculo pietatis respiceret et paupertati eius pro posse suo subueniret. At tamen nullus Bauenbergensis antistes in aliquo ei profuit aut aliquod amminiculum inpendit. Anno igitur ab incarnatione domini M°C°XLVI. Gerlaus abbas locum sibi assignatum recepit et *abbatem Gebehardum* cum conuentu illuc transmisit. Abbate uero Gebehardo Prelationi cedenti substitutus est *Otto de carintia*, quo in breui de medio facto iterum electus est Heinricus, qui ob nimie paupertatis instantiam in *Ebera* proficiscens eam inibi resignauit. His ita tractatis Vlricus primus fundator ierosolimam profectus est et in finibus illis uitam feliciter finiuit. Moriturus vero; ut fertur, medietatem fori in *Odempsheim* pro remedio anime sue dari precepit et unum de duobus portvbus eorum seruituti mancipari et insuper duo domata cum agris ad officium piscatorum pertinentibus conuentui confirmari. Hec sunt autem, que Gerlaus Monasterium fundaturus a fundatore recepit, videlicet locum ipsum, in quo situm est cenobium cum curia, que *nuenhouen* dicitur; cum silua adiacente *Cvrinberg*, cuius termini sunt usque ad ueterem Wilheringen et ita per transuersum usque ad *Mulpach* diriguntur, cum uilla, que wlgo *Burcheim* dicitur iuxta pontem, qui nuncupatur *Erlamsbrucke* et *Ederamsperge* et insulam iuxta forum Otempsheim et ex alia parte danubii *iwenberg* et *Grebelich* et dimidietatem siluae Boemitice et campo, qui *lobenvelt* nuncupatur, cum pratis et pascuis et agris cultis et incultis, quod longum est inserere huic inscriptioni. Si quis autem quesierit, quis delegator omnium prediorum istorum exstiterit, scire debet, quod nobiles fuerint et omnia hec sue attinebant delegationi. Anno vero M°C°LXXXV° *Wilhelmus abbas in Rvena* existens perpendens, quod cenobium sub suo regimine deficeret in tantum, quod nisi duo monachi ibi essent, consilio habito cum senioribus suis abbati *Burkardo de Ebera*

Digitized by Google

reformandum et reparandum resignauit. Anno igitur ab incarnatione domini M°C°LXXXV° abbas Burchardus conuentum in Wilheringen direxit cum *abbate Heinrico*, qui uno tantum anno superuixit. Anno MCLXXXVI. Heinrico decedente *Hiltgerus* ibi ordinatus, qui septem annis vixit et cenobium bene et rationabiliter gubernauit. Huius temporibus *Albero de Cemelub* ierosolimam iturus per manum *ducis Lupoldi* omne patrimonium suum Wilheringen donauit, uidelicet *Cimulub*, vbi residentiam habebat, et *stammuzelstorf* tria allodia prope *Cvneringen* sita et salabulca V. talenta et dimidium soluentia et uineam in *Geilant*, ubi septem carrate aliquando sunt habite, et interea cum duce Lvpoldo ierosolimam est profectus et inde non reuersus. Eidem uero Alberoni est promissum, ut in anniuersario die obitus sui de bonis suis conuentui seruiatur. Preterea dux Lupoldus V. predia iuxta *Crumbonowe* sita (am Rande scl. *Tufenbach*) ecclesie Beate virginis, cum transmarinas partes adiret, donauit. Ad hoc vero *Sifridus comes de Morle* cum in *Pilsteine* castro suo mansionem haberet, curiam suam iuxta Pilsteine delegauit. *Pilgrimus* etiam vineam in *Wiena* sancte Marie obtulit, quam monachi in cultilia (sic) redigerunt. Alteram vero uineam in *Wahowe* tradidit, que VI. solidos solnit. *Ottaker Marchio de Stiria* morbo elefantino infectus cum quadam die in ecclesia diuinis officiis interesset, abbas Hiltgerus pacem ei obtulit, cuius humilitate prouocatus curiam suam in *Cidelarn* ecclesie Beate virginis in Wilheringen transmisit. *Sopphia* etiam nobilis matrona *de Scowenberg* dedit ecclesie predium de silua sua exstirpatum, quod uulgo *sente Marien rute* nominatur. Finitis postmodum septem annis Hiltgerus abbas uitam finiuit. Quo decedente *Otto de Nist* ei est substitutus, qui VII. annis uictitans in *Ebera* est reuersus. Ipso vero adhuc abbate existente quidam ministerialis nomine *Werinhardus de Owe Hauenarn* iure feodali possidens de manu ducis austriae ipsum predium duci resignauit ea uidelicet conditione, ut sancte Marie in Wilheringen offerret. Dux autem de manibus eius illud excepit et sicut rogatus fuerat, cum omnibus pertinentiis suis possidendum cenobio donauit. In diebus etiam eius Dominus *Embrico* ministerialis ducis curiam in *Lupoldstorf* sancte Marie in Wilheringen dedit cum plurimis Sanctorum reliquiis, que reposite sunt sub lapide sui altaris consecrati. Sub eodem ottone facta est commutatio de quadam curia sub *Ederamsperge* posita inter *Alberonem de Gnuese* est (et) cenobium et date sunt ei due curie in *Percheim* in reconpensationem et

Digitized by Google

predium iuxta rotelheim situm, quod III. solidos soluit. Albero autem cum multos haberet denarios de eadem curia ipsa canbicio deducta est de manu ad manum, donec uentum est ad episcopum, ad quem proprietas spectabat, qui episcopus precibus abbatis et alberonis consensit et ipsum concanbium sua auctoritate confirmauit. Secundo autem anno abbatie sue monachi ceperunt ponere fundamentum et inceperunt edificare monasterium. Sub eo etiam factum est concanbium inter *Cunradum militem de Mulpach* de familia *Wessenbergensi*, Cunrado donante predium suum in *Mulpach* et aliud in *Cvrenberg* positum et aliud ex alia parte danubii scilicet *Durinstetin* recipiente. His patratis Otto cessit officio suo et Ebera est reuersus, cui *Godescalcus* abbas in Wilheringen est subrogatus. Idem Godescalcus cum duas carratas ad usuram in *Everdingen* cuidam mercatori domus solueret, ipse datis L. libris eas redemit. Postmodum vero predium in *teningen*, quod dimidium talentum soluit, a quodam mercatore possessum V. talentis redemit et in usus ecclesie reduxit. Ipse etiam curiam de Ederamsperge, cum fere esset destructa, a conuersis in uillam redegit. Peracto autem septennio ipse migrauit a seculo. Post cuius obitum ordinatus est in eodem loco *Eberhardus*. In diebus eius *Hartnidus de Ort* cum esset moriturus *Eppenberge*, quod esset suum predium, cum predio, quod dicitur *Wasserleide*, Wilheringen disposuit. Quidam autem dictus *Werinhardus*, qui illud predium de manu eius tenebat, datis sibi VI talentis et *Cunrado* fratri suo et filiis eius iterum VI. aliis libris liberum ecclesie dimisit. Eodem tempore *Walchunus filius fundatricis* sagitta percussus interiit. Pro cuius anime remedio *Elyzabeht fundatrix* curiam in *Lozsperg* solventem XVIII. solidos dedit eo tenore, ut anniversarius eius dies agatur et eo die conuentui seruiatur. In illis etiam diebus quidam ministerialis episcopi *Otto Logstein* (nuncupatur) XXX. marcas argenti Wilheringe contulit ea conuentione, ut bis in anno eius memoria habeatur, scilicet in festo Sancte trinitatis et in die sancti Nycolai conuentui seruiatur. Ad quod exequendum emptum est predium (am Raude: iuxta *Curinberg*) a quodam milite dicto *Colone* pro XX. libris, quod soluit talentum, cetera ad usus ecclesie disposita sunt, VIII. vero Marcas dedit, ut uinum ministretur monachis in die sancti Bernhardi. Iterum vero *Bernhardus de truna* uir nobilis curiam in *Pesckingen* monasterio donauit, ut in die anniuersarii sui iterum seruiatur congregationi. Ipse nichilominus Eberhardus fundatoribus de Wessenberg CXXX libras

Digitized by Google

super predia eorum mutuo concessit, scilicet super tres curias *teningen*, *peschingen*, *Cileg* et *Zansunstorph* et proximam curiam vltra pontem *Greimarsstetten* et *Rutmarshowe* et *Herage* et predium *stadeleri* et beneficium *retcamps* et omnia ea conditione eis acconmodauerat, quod post mortem eorum ea ecclesie se daturos spoponderant. Post septimi autem anni circulum in abbatem Ebera est assumptus et *Cunradus* in loco eius promotus. In tempore autem Cunradi cepit ecclesia tam in possessionibus quam in edificiis reparari. Ipse enim Cunradus timens deum et pignora fundatorum habere renuens conuenit cum eis, ut Zansunstorph, Rutmarsowe et Herage et beneficium Stadeleri in proprietatem donarent et sic tali habito cum eis contractu cetera predia remisit, Ista uero, que nominauimus, in proprietatem ecclesie recepit. Postmodum uero *Heinricus de truna* ministerialis ducis suscitauit querimoniam aduersus abbatem Cunradum pro eodem predio rehabendo, dicens sibi conpetere ex ratione progenitorum suorum, et ipsam querelam in placito ducis austrie deposuit, ubi nullus, qui audiret de monasterio affuit. Quod cum fundatrici nuntiatum fuisset, contenpsit respondere affirmans cum nichil iuris in predio ipso habere. Interim uero cum lis ipsa protelaretur, mortua est fundatrix, mortuus est et Heinricus. Quo moriente surrexerunt filii eius *Otto* et *Hertnidus* iuuenili animositate et uenerunt in Welse duce ibi existente et abbati (sic) etiam ibi presente et assumptis sibi sophisticis sibi litigatoribus et multis falsis testibus probare uoluerunt, quod pater eorum in tantum processisset, ut ex mandato ducis per preconem super ipsum predium inductus fuisset. Dux uero adtendens abbatis simplicitatem et aduersariorum suorum multiplicitatem consuluit abbati, ut permitteret iudicium in arbitros conpromiti (sic). Post modicum vero iubente Deo Dux uiam uniuerse carnis est ingressus, quo migrante trunenses protinus predium inuaserunt. Abbas autem ad nullum habens refugium cum eis conponere laborauit et electo *Vlrico de Lohonstorph* (Lonstorf) mediatore conpositionis datis ei tribus talentis tandem per XL. librarum exhibitionem ex eius consultu a contentione eos remouit. Preterea est ibi aliud predium sub *Wachrein* positum ad *zansunstorph* pertinens, quod *Heinricus bonel* de manu fundatricis in feode (sic) possidens pro V talentis *Gerogo* (sic) *de Euelsperch* exposuerat; illa V. talenta *Heinrico* et *Ottoni* filiis eius Cunradus abbas restituit et predium ab eis absoluit. Deinde *Heinricus filius Heinrici Bonel* iterum colonum abbatis ibi cepit et omnia

Digitized by Google

mobilia eius ad estimationem X. talentorum diripuit, quem iterum Cunradus abbas per IV. talenta conpescuit. Sunt et alia duo predia ibidem, que duo fratres *Fridericus et Richerus de Percheim* indebite arripuerant, que et Cunradus abbas coram multis testibus in *Euelsperch* exhibitis sibi VI. talentis libera reddidit. Qvidam miles nichilominus cognomento *Lulle* predium unum pertinens ad zansunstorph habebat et illud pro XXII. solidis exposuerat, quo contra abbas datis duobus talentis militi absoluit et ipsum predium pro XXII. solidis, vbi expositum fuerat, liberauit. Item est aliud predium iuxta trunam, quod *Engelgeri* beneficium nominatur, et illud quidam miles de familia *Scowenbergensi Cunradus* uidelicet *de curia* post mortem suam Wilheringen donauit. Est et aliud ultra trunam, quod *Curcenuelt* nuncupatur, et illud *Lvtoldus wz de Scowenberg* pro remedio anime sue Wilheringe contulit. Curiam in *Rvdolfingen* quedam mulier nomine *Wilbirgis de familia Wessenbergensi* Wilheringen tradidit, que non erat sue proprietatis, sed a uiro suo *Cvnrado* in dotem acceperat, qui de eo filium genuit, qui etiam est occisus, post cuius mortem et filii occisionem quidam iuuenis de *Sancto Floriano* propinqvus uiri sui nomine *dihtmarus* pro curia ecclesiam infestauit, Quam Cunradus abbas datis ei VIII. libris ab eo liberauit. In eadem etiam villa quidam iuuenis nuncupatus *Heinricus Steinbrunne* dedit predium suum cum V. fratribus suis pro XVIII. talentis. *Cunradus* etiam *de portu* predium suum pro VI. libris, *Cunradus albus* suum pro duabus libris, *Gerwicus* factus conuersus suum gratis, tres sorores eius portionem suam pro VI. talentis, *Otto de Sconeringen* IIII. iugera pro IIII. libris. Qvidam rusticus dictus *Grimcing* suum predium pro XVIII. solidis. Qvidam *Hvgo* predium suum pro XI. libris et III. solidis et omnia adunata abbas Cunradus in unam curiam redegit. Horum etiam omnium prediorum delegator *Hageno* uir libere conditionis exstitit. In *terinbach* vero quidam uir nuncupatus *Guntherus Wadel* predium suum Wilheringen obtulit pro duobus talentis eo uidelicet tenore, ut prebenda sibi, quam diu uiueret, daretur, sed postmodum egressus IIII. talenta cum genero suo *Cunrado mutel* accepit et predium liberum reliquid (sic). In *Mulpach* quidam miles nomine *Cunradus* predium habuit, quod receptis VI. libris ecclesie donauit. Iterum frater suus *Werinhardus* aliud habuit, quod iterum pro VI. talentis ecclesie donauit. Iterum aliud quidam carpentarius nomine *Heinricus* predium suum, quod XL. denarios soluit, Wilheringen donauit factus ibi

Digitized by Google

familiaris. Iterum aliud a filia *Wolfperti* duobus talentis Cunradus abbas conparauit. Qvidam et *Hartmannus* nomine factus ibi familiaris predium dedit ecclesie, quod tres solidos soluit. Duo etiam fratres *Heinricus Spiscamp* et *Rvpertus* frater eius dederunt portionem predii sui et facti sunt ibi conuersi. Vxor etiam *Vlrici* pellificis dedit dimidietatem predii sui pro II. talentis. Vxor etiam *Heinrici* fratris eius dedit predium uiri sui pro II. talentis, quod XXX. denarios soluit. Alter inibi *Rvdolfus* nomine dampnum intulerat monasterio et pro reconpensatione donauit predium suum similiter et molendinum, quod modo est destructum. Molendinum uero utrumque, quod iuxta *Mulpach* est constructum, fundatores cenobio dederunt. In *inferiori Talheim* filii *Cunradi militis de Mulpach*, scilicet *Arnoldus*, *Gozbertus* et *Cunradus* duo predia habuerunt, que cum abbate Cunrado canbientes tria allodia ex alia parte danubii scilicet *Bornstorf* cum pertinentiis suis iuxta *forum Sancti petri* receperunt, Insuper VII. talenta et ita tam ipsi cum sororibus suis coram multis se abdicauerunt. Huius predii delegator exstitit uir libere conditionis *Ernestus de Hitzingen*. In *superiori* autem *Talheim* quidam sutor nomine *Heinricus* predium suum domino *Marquardo de Hartheim* dederat, quod abbas Cunradus VI. talentis redemit. Ibidem etiam quidam *Waltherus de familia Bauenbergensi* predium in pignore pro XXII. solidis habuit, quos moriens Wilheringen disposuit, Predium autem ipsum *Heinricus de Opresperge*, cum moreretur, totaliter donauit. Aliud in eodem loco predium, cum uxor *rurmundi* sepeliretur, frater eius *Amez de Euerdingen* ecclesie donauit, quod LX. denarios soluit. Est et aliud predium in *Sconeringen*, quod VI. solidos soluit, de quo sciendum est, quod quidam vir nomine *Heinricus* cognominatus *Scherre*, qui predium suum Wilheringe obtulit, factus ibi familiaris. Monachi vero adiunctis aliis agris, qui a Ederamsperge nimium erant remoti, predium ibi esse constituerunt, quod hodie ibi pro VI. solidis colitur. Alterum uero predium, quod annuatim LX. denarios inpendit, quidam iuuenis nomine *Fridericus* donauit ecclesie factus ibi conuersus et postmodum egressus duo talenta pro predio accepit et resumpta uxore, quam repudiauerat, nescio quo recessit. Curiam vero in *Stettin Hernestus Stig* pro XXX libris *Alberoni gnevse* obligauerat, cuius proprietatem acceptis X. talentis et Equo ualente III. libras uendidit et ipsam uenditionem in manus *ducis Lepoldi* in *Welse* dedit, cuius erat ministerialis, et ipse dux coram multis testibus ecclesie

Digitized by Google

resignauit. Huius rei testes sunt *Rapoto comes de Ortenberg*, *Otto de Rore*, *Hadamarus et Heinricus de Cunringen*, *Vrscalcus et Cunradus de lae* et multi alii. Ernestus uero omne patrimonium suum pro LX. libris exposuit, ut illud haberent, si quis de posteritate sua domum inquietaret. *Albero* autem *gneuse* altare sancti iacobi fecit fabricari dato calice et aliis pertinentiis suis et insuper summam illam XXX. librarum remisit ea conditione, ut anniuersarius dies eius agatur et ea die conuentui conpetenter seruiatur. Predium, quod *Percheim* dicitur, *Heinricus de Tobele* moriens Wilheringe donauit et insuper aliud, quod *Stoph* dicitur, uxore sua moriente, quod LX. denarios soluit. Porro curtile quoddam in *Raffoltinge*, quod soluit XXX. denarios, quidam de familia *Leutoldi de Wildonia* Wilheringe dedit domino suo consentiente et propria manu largiente. Curiam in *Waldarn Vlricus pater Alberonis de Polnheim* moriens ecclesie Sancte Marie in Wilheringen pro remedio anime sue disposuit. Alium predium, quod Winclen dicitur, dominus *Heinricus de truna* pro predio, quod *ernestus frater suus de Curinberg* tradiderat, conmutauit. Illud vero predium, quod *Porceheim* nominatur, XXX. soluit denarios, quidam miles, qui illud ad uitam suam habuerat, moriendo reddidit et sic ecclesia mortuis suis filiis, quod suum erat, recepit. (Am Rande: Acta sunt hec sub *abbate Heinrico* anno MCCXLIIII.) Curiam in *Pernowe Lvtoldus* post mortem suam Wilheringe oppulit (obtulit) ea uidelicet condicione, ut filio suo inter minores fratres constituto VII. libras soluerent et II. talenta pro animalibus ad culturam pertinentibus donarent. Alterum uero predium ibidem constitutum, quod soluit LX. denarios, *Thimo* pater eius moriturus ecclesie disposuit. De villa vero, que dicitur *Hilteringen*, omnibus patere debet, quod duo monachi de *Sueuia nobiles de Scillingsfirst* audientes famam religionis de Ebera se inibi reddiderunt et *Hiltigeringen*, que sue erat proprietatis, in Ebera obtulerunt ea conuentione, (ut) cenobium ordinis ibi fundaretur. *Adam* vero primus abbas in Ebera duos monachos explorare direxit, vtrum locus ad hoc opus esset ydoneus, qui reuertentes locum satis aptum in nemore, in aquis, in gramine et in lapide renunciauerunt existere, sed Wilheringe nuper constructum fore et duo cenobia ex sua uicinitate non posse proficere, quapropter abbas fratribus de Wilheringen pro LX. libris uendidit et iterum inspecta eorum paupertate XXX. remisit. Eo tempore uero castra *Scowenberg* et *Stoph* nondum constructa erant, nam et silua iuxta

Digitized by Google

Stoph et ipsum Stoph pertinet ad proprietatem ville, que Hiltgeringen nuncupatur. Portum danubii versus Wilheringen, quem *Adalbertus de Dunchensteine ab otackaro marchione* in beneficio habebat, idem adelbertus coram ipso marchione dimisit ipseque marchio claustro Wilheringen suo ivre tradidit. Hinc testes sunt *Wolfingus de Capphenberg, Gundakarus de Stire, Erkengerus de Landeshere, Adelbero de Dunkensteine et fratres eius Heinricus, Rvdegerus timere, Vdalgerus sagittarius marchionis.* Sub eorum testium presentium .... idem Gundakarus (Otakarus) marchio licentiam et libertatem dedit omnibus ministerialibus suis vltra *truna* (sic) habitantibus, quocumque beneficii uel elemosine genere causa dei et pro remedio anime sue uoluerint, loco Wilheringe prodesse. Ad hoc Cunradus abbas vineam in *Crems*, que wlgo *uezhelturinprunne* dicitur, pro C et XXX libris conparauit. Aliam a *Walchuno Wrch in Teilant* pro XLV talentis, iterum aliam ad Heinricum super fossam (sic) pro XVI. talentis, iterum aliam ab *Heinrico albo* pro XVI. talentis et iterum aliam pro V. in loco, qui dicitur *avwe*, et duo iugera pro IIII. talentis et curiam in *Cimelub* a quodam Alberone, qui agros quosdam possidebat et ipsius curie culturam ad se pertinere affirmabat, quatuordecim talentis absoluit et iterum curtile quoddam in Crems ....

Aufschreibung auf Pergament sec. XIII. im Archive zu Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 449.

CCCXXXIII.

1202. 27. Mai. Lateran. — *Papst Innocenz III. bestätigt, dass nur der Propst zu Ranshofen das Recht der Ausübung der Seelsorge über die zu seiner Kirche gehörigen Gläubigen habe.*

INnqcencius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito et fratribus *Ranshouensis* ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu felicis recordationis *Celestini* pape predecessoris nostri uestigiis inherentes presencium auctoritate statuimus, ut is, qui in *Ranshouen.* ecclesia locum regiminis obtinet, curam plebis ad eandem ecclesiam pertinentis exerceat, ut uidelicet nullus in tota illa parrochia preter archiepiscopum et dyocesanum episcopum et eundem prepositum aliquit debeat ordinare.

Digitized by Google

Nulli ergo omnino hominum liceat hac (sic) nostre paginam constitucionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc adtemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *laterani* VI. Kal. Junii pontificatus nostri anno quinto.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. bairischen Hofbibliothek zu München. — Auch in einem Copialbuche vom Jahre 1683 im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCXXXIV.

1202. 28. Juli. — ***Propst Engelbert und der Convent von St. Florian widmen das Gut in der Wiese oberhalb der Ipf und einige Zehente zur Vermehrung der Einkünfte der Custodie des Klosters.***

Cum religiosos ac spiritales uiros ad ampliationem diuini cultus peruigili sollicitudine conueniat intendere, decor autem diuini cultus in structura ecclesiastice fabrice atque in sacris uasis et uestibus ac reliquis utensilibus ecclesie plerumque consistat et hec omnia in nonnullis ecclesiis sub prouisione sacriste siue custodis ordinanda et seruanda disponantur, nos quos deus sub regulari professione communem uitam in *domo beati floriani* martiris sua gratuita misericordia preordinante ducere uoluit, dilecti fratris nostri *Alberonis* dicte ecclesie nostre custodis sagacitate atque industria deuicti concordi uoluntate et communicato consensu ad officinam custodis legitimo donationis titulo tradidimus predium sursum iuxta *yppha* in prato situm cum decimis eiusdem a prelibato tamen custode IIII^{or} talentis et tribus uasis uini indigentie nostre proinde oblatis. Dedimus preterea eidem officine decimas in *prantsteten* et iterum prediolum unum iuxta *danubium* pro quodam agro, quem curti nostre in *strummen* adiecimus. Vt autem hec nostra traditio rata et inconuulsa in posterum permaneat atque ut nulli successorum nostrorum factum nostrum in hoc casu rescindere liceat, per presentem paginam sigilli nostri inpressione munitam sepe taxatam donationem corroborantes uniuersorum christi fidelium noticie eam inculcamus ad habundantem cautele sufficientiam singuli nomina nostra subscribentes.

Ego *Egelbertus* prepositus ss.

Ego *Albero* custos subscribo.

Facta est autem hec donatio a uenerabili preposito *Engelberto* Anno ab

Ego *Meingotus* subscribo.

Ego *Chûnradus* subscribo.

Digitized by Google

Ego *Rapoto* subscribo.
Ego *Altmannus* subscribo.
Ego *Herbordus* subscribo.
Ego *Rôdolfus* subscribo.

incarnatione domini MCC.II. indictione V. V Kalendas Augusti.

Ego *Yrnfridus* subscribo.
Ego *Hartwicus* subscribo.
Ego *Wolframmus* subscribo.
Ego *Dietmarus* subscribo.
Ego *Chûnradus* subscribo.
Ego *Chûnradus* subscribo.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu St. Florian.

CCCXXXV.

1202. 23. October. Ens. — *Herzog Leopold VII. von Österreich nimmt das Kloster St. Florian in seinen Schirm und erlässt ihm die Abgabe des sogenannten Marchfutters von seinen Besitzungen in der Riedmark.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *leopoldus dei gratia dux austrie ac stirie* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Quoniam mundanis occupationibus nos in diuersa trahentibus minus ad ea, que ad animarum salutem spectant, possumus intendere, meritorium nobis esse credimus, si uiros religiosos diuinis laudibus iugiter insistentes in suis necessitatibus pietatis amore confoueamus ac de habundantia nostra illorum indigentiam liberaliter suppleamus. Antecessorum igitur nostrorum uestigiis inherentes ecclesiam, que *domus sancti floriani* dicitur, in nostram specialem gratiam recipientes fratribus ibidem deo seruientibus quasdam iusticias nostri iuris marchfvter dictas de prediis ipsorum in *Riedmarchia* habitis et habendis persoluendas de fauore et consensu ministerialium et fidelium nostrorum munifice remittimus in usus fratrum eorundem amodo in antea conuertendas, quatinus ipsi bonorum omnium largitori deo pro salute animarum nostrarum et parentum ac filiorum nostrorum et pro honoris nostri promotione preces suas deuote offerant nos diuine miserationi conmendantes, ut eorum orationibus adiuuemur, quibus nostra temporalia largimur. Vt autem hec deuotionis nostre donatio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam

Digitized by Google

conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt *Dietricus comes de viehtinsteine, Vlricus comes de Chlamme, Ödalricus de Perneke, Uvernhardus de shömberch, Cholo de Griezpach, Wichart dapifer, Hadimar de Chvnringen, Heinricus de Prunne, Vlricus de Marbach, Heinricus de vttirstetin, Heinricus de Hage, Livtoldus dapifer de chömberch, Heinricus taesshil de waessinberch.*

Data in *aneso* Anno ab incarnatione domini M° CC° II° Indictione V. X Kalendas Nouembris.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 451.

CCCXXXVI.

1202. 23. October. Ens. — *Herzog Leopold VII. von Österreich erlaubt seinen Ministerialen, dem Kloster St. Florian ihre Lehengüter zu schenken.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia dux *austrie et stirie* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Grande nobis apud deum meritum accumulare nos credimus, si ecclesiarum dei inopiam de nostra facultate supplere curabimus. Inde est, quod pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et prosperitate nostra et heredum nostrorum ecclesiam sancti floriani in gratiam nostram specialem recepimus et fratribus ibidem deo militantibus preter alias donationes, quas ipsis indulsimus, hanc quoque gratiam fecimus, ut si qui ministerialium nostrorum de *Austria uel de stiria* uel aliorum nostrorum fidelium predia sua ipsis contulerint, donationem huiusmodi uolumus esse ratam. Ut autem successores nostri hanc indulgentiam nostram benigne recognoscant et ratam habeant, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus confirmari. Huius rei testes sunt: *Dietricus comes de Viehtinsteine, Vlricus comes de Chlamme, Ödalricus de Perneke, Wernhardus de Schömberch, cholo de Griezpach, Wichart dapifer, Vlricus de Marbach, Hadimar de Chunringen, Heinricus de Vtirstetin, Heinricus de hage.*

Data in *Aneso* Anno ab incarnatione domini MCCII. indictione V. X. Kalendas Nouembris.

Original mit Siegelrest, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 275.

Digitized by Google

CCCXXXVII.

1202. 15. December. Neuburg. — *Herzog Leopold VII. bestätigt dem Kloster Wilhering das Recht der Mauthfreiheit und spricht es frei von Entrichtung des Marchfutters von dessen Höfen zu Cemleub, Sarabulcha und Teuffenbach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus* dei gratia dux *austrie* et *stirie* omnibus in christo fidelibus salutem in perpetuum. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri, quod pater noster beate memorie dux *Liupoldus* fraterque noster *Fridericus* pro animarum suarum remedio ecclesie in *Wilheringen* et fratribus donauerint, ut bona eiusdem ecclesie ubique in terra sua aput thelonearios suos liberum absque omni iuris persolutione haberent transitum. Nos etiam eiusdem salutis, quam ipsi in hoc et in aliis benefactis suis promereri sperauerunt, particípes effici cupientes supradicte ecclesie hoc ipsum donamus et ipsam eadem beniuolentia et fauore, quam pater noster fraterque noster circa ipsam intendere proposuerant, fouere intendimus. Insuper eidem ecclesie in predio *Alberonis de Cemlivb et Sarabulcha*, quod idem *Albero* eidem ecclesie donauit, et in predio *Tiuffenbach*, quod pater noster sepedicte ecclesie inpendit, omne ius nostrum in annona, que in uulgari dicitur marchfüter, contulimus. Vt autem hec nostra donatio inposterum inuiolata permaneat, presentem paginam scribi sigillique nostri inpressione subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, roborari fecimus. De ordine liberorum *Crafto de Amcinspach*, *Vlricus de Perneche*, *Rapoto de Valchenberch*, *Walchunus de Griezbach*. De ordine ministerialium *Wichardus dapifer*, *Marquardus de Hinperch*, *Dietmarus marschalcus*, *Herrandus de Wildonia*, *Hartnidus de Orte*, *Dietmarus de liehtenstein*, *Wigandus de Chlamme* et alii quam plures.

Datum aput *Newenburch* per manus *Vlrici* notarii Anno incarnationis domini M. CC. II. Indictione IIII^ta^ XVIII Kalendas Januarii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 492.

CCCXXXVIII.

1203. 21. Jänner. Hallburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, entscheidet den Streit zwischen dem Kloster Reichersberg und Heinrich von Lanzenkirchen wegen der Capelle zu Hohen-Wolkersdorf.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *Salzburgensis* archiepiscopus cunctis christi fidelibvs in perpetuum.

Digitized by Google

Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod quedam controuersia fuit inter fratres *Richerspergensis* cenobii et *Hainricum de lanzenchirchin* pro capella, que dicitur *wolfkersdorf*, in fundo predicti *Hainrici* sita, quam ipsi fratres affirmabant iure parrochiali plebesanę ecclesię suę, que dicitur *bramberch*, attinere, econtra predictus H. asserebat eam ab omni iurisdictione esse exemptam et liberam. Quam litem consilio prelatorum utraque parte consentiente tali pacto terminauimus, ut ipsa capella ab omni iurisdictione plebanę ecclesię exempta et libera habeat baptismum et liberam sepulturam hominibus per totum predium suum ibidem constitutis. Si uero aliqui de predictis hominibus apud plebesanam ecclesiam desiderauerint sepeliri, nemo sit, qui obsistat. Reliqua omnia iura parrochialia simul cum decimis ad plebesanam ęcclesiam pertineant non obstantibus priuilegiis a predecessoribus nostris super generali iure plebesane ęcclesię impetratis. Vt autem hęc pagina nostrę conscriptionis stabilis et inconuulsa permaneat in perpetuum, eam sigilli nostri et *Richerspergensis* cenobii corroboramus impressione. Huius rei testes sunt *Wernhardus maioris ęcclesię in salzburch prepositus et Hartfridus eiusdem ęcclesię decanus, Symon Abbas sancti petri, Albertus Kyemensis prepositus, Chunradus Allensis prepositus, Tiemo subnensis prepositus, Siboto de surberch, Chunradus castellanus salzburgensis, Chunradus dapifer, Otto pincerna de Keuering.*

Acta sunt hęc publice in *salzburgensi* claustro anno Ab incarnatione domini M° CC° III°. Data littera XII. kalendas Februarii feria III. in *halburch*.

Original auf Pergament mit Siegel des Erzbischofs; von dem des Klosters Reichersberg aber keine Spur.

CCCXXXIX.

1203. 8. Februar. Laufen. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, erneuert dem Kloster Reichersberg den Gnadenbrief seines Vorfahrs Albert von 1192.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *salzburgensis* ęcclesię archiepiscopus et apostolicę sedis legatus dilectis in christo filiis *leonardo richerspergensi* preposito eiusque fratribus in perpetuum. † Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Nos quoque diuine benedictionis cupientes esse participes, qui beatis et religiosis uiris ęcclesię *Salzburgensis*

Digitized by Google

Archiepiscopis *Chunrado, Eberhardo, Alberto* licet jndigni successimus, eorum pia statuta non solum seruare sed etiam gratia dei fauente intendimus augmentare. Igitur quecunque ab illis ad consolationem dco militantium sub beati Augustini regula in claustro *Richerspergensi* pontificali auctoritate donata et priuilegiis sunt firmata, ut illis integra permaneant, statuimus et presenti pagina confirmamus. In quibus hec nominatim duximus exprimenda: Patellam in *halle*, Decem talenta in *tuval*, Decimas ad episcopale jus attinentes in ecclesiis *puten* et *Pramberch*, que videlicet *Prambergensis* ęcclesia, ut commodius procuretur, in duas parrochias est diuisa, quarum altera *Edelz* est dicta. In quibus duabus uidelicet *Pramberch et Edelz* dilectus frater noster eiusdem loci prepositus *Leonardus*, qui modo illi preest ęcclesię et eius legitimi successores, qui pro tempore fuerint, de fratrum suorum conmuni consilio Plebanos idoneos de suis concanonicis secundum priuilegia sancte memorie Archiepiscopi *Eberhardi* et *Alberti* plenam et liberam potestatem habeant ordinandi ita tamen, quod ad minus tres ibi *Richerspergensis* ęcclesię clerici preter conuersos resideant. Decernimus etiam, ut si, quod absit, persone in hoc assumpte ministerium uel in religionis disciplina conmissiue gregis prouidentia seu fidelitate erga claustrum et prepositum suum obseruanda minus ydonee, quam oportet, fuerint et a preposito suo conmonite cito non resipuerint, liberum sit preposito pro consilio fratrum suorum ad nutum personas illas in claustrum reuocare atque in eorum locum magis ydoneos subrogare salua jn omnibus canonica nostra iusticia nostrorumque successorum. Preterea quia sicut ex priuilegiis ipsius claustri animaduertimus, ipse locus sic est fundatus et ab antecessoribus nostris archiepiscopis in ius et patrocinium *Salzburgensis* ęcclesię susceptus, et nullus eiusdem loci sit aduocatus, nisi ipsius metropolis *Salzburgensis* ecclesie principalis aduocatus, qui de beneficio principalis aduocatie sibi collato ipsum claustrum sine grauamine manuteneat et defendat, hoc instituimus, ut predicta libertas illi loco a fundatoribus destinata et priuilegiis apostolicis et imperialibus confirmata inconcussa permaneat et presentj pagina sigillo nostro conmunita sub banno interdicimus, ne a principali aduocato per ius beneficiale aliquis subaduocatus constituatur, dum in eodem loco rigor uiguerit discipline. Sane si eiusdem locj prepositus a principali aduocato sibi aliquem aduocatum destinari petierit, conmittatur illi absque iure beneficiali talis procuratio liceatque

Digitized by Google

preposito, si inutilis et grauis ille fuerit, eum ammouere et loco ipsius meliorem substituere. Vt autem hęc nostre confirmationis pia institutio nulla impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc paginam tali sententia concludimus, ut, si quis contra eam temere agens tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super eum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per penitentiam, sine qua si defunctus fuerit, cum dathan et abiron reum se cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.

Data *Leovfen* VI. Idus Februarii Anno ab incarnatione domini M° CC° III° jndictione VI^ta^ Anno pontificatus nostri III^tio^

Ego *Eberhardus Salzburgensis* sedis archiepiscopus apostolice sedis legatus S. S.

Ego *Wernhardus* salzburgensis ecclesie prepositus S. S.

Ego *Hartfridus* eiusdem ecclesie decanus S. S.

Ego *Albertus Kyemensis* prepositus et *salzburgensis* canonicus S. S.

Ego *Chunradus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Wernhardus* presbiter et eiusdem ecclesię custos S. S.

Ego *Heinricus* presbiter et hospitalensis S. S.

Ego *Ortolfus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Heinricus* presbiter et camerarius S. S.

Ego *Perhtoldus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Walchmarus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Dietmarus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Wilhalmus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Gotscalcus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Otto* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Chunradus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Oholdus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Sigihardus* subdiaconus et canonicus S. S.

Testes *Chunradus abbas de sancto victore, Chunradus prepositus de halle, Prepositus de garze, Magister Arnoldus de boemia, Vlscalcus de Lovfen, Magister marquardus plebanus de chessendorf.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg.

Digitized by Google

CCCXL.

1203. 9. März. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, bestätigt dem Kloster Reichersberg das Recht der Mauthfreiheit in Österreich.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Leupoldus dei gratia dux Austrię ac Styrię* uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Cum ea, que ad honorem dei et superne cultum pietatis expediunt et conducere uidentur, promouere ac sublimare summopere teneamur, diuina nobis prouidente misericordia liberalitatis nostrę donationem ecclesie in *Richersperge* conferre pium decreuimus. Hinc est, quod uniuersitatem tam presentium quam futurorum latere nolumus, quod in honore sanctę Marie sanctique Michaelis pro remedio animarum uidelicet pie recordationis patris nostri ducis *Leupoldi* fratrisque ducis *Friderici* ac omnium parentum seu antecessorum nostrorum obtentu *Ortolfi* eiusdem loci tunc cellerarii omnium rerum mobilium per terras nostras sine omni uectigalium aut pedagiorum exactione libertatem transitus eidem ecclesię contulimus et indulsimus. Vt autem hec liberalitatis nostre donatio rata et inconuulsa in perpetuum perseueret, presentem paginam sigilli nostri inpressione testiumque subscriptione roborari iussimus, quorum nomina sunt hec: *Chrafto de Amcinspach, Walchunus de Wassenberch, Chunradus de Lapide, Wichardus dapifer et filii sui, Wigandus de Chlamme, Dietmarus de Liechtensteine, Otto de Leubin, Albero de Grimmenstein, Hainricus de Tumbenowe, Ortolfus de Acinprucche, Dietmarus marschalcus* et alii quam plures.

Datum *Newenburch* Anno Incarnationis domini M°CC°III°. Indictione VI. VII° Idus Martii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Reichersberg. — Mon. boic. IV. 425.

CCCXLI.

1203. 7. April. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster St. Nikola bei Passau Mauthfreiheit.*

In nomine sancte et indiuiduę trinitatis *lirpoldus* dei gratia dux austrię ac stirię uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collate, ut ea, que ad usum et prouectum ecclesiarum conducunt et expediunt, attentius promonere studeamus, deposcere uidetur. Huic enim consonat et applaudit, quod dicitur: ab eo plus exigitur, cui plus conmittitur.

Digitized by Google

Multitudinem ergo conmissorum nobis sincera mentis intentione diligenti consideratione perpendentes et digna reuoluentes percunctatione peccatorum nostrorum uulneribus cuiusdam medicaminis cauterium adhibere pium statuimus, pro remedio enim animarum uidelicet pię recordationis patris nostri ducis *Leupoldi* fratrisque nostri ducis *Friderici* nostreque salutis intuitu fratribus in domo *sancti Nycolai Patauie* deo inibi militantibus ob uenerationem reliquiarum ibidem reconditarum libertatem per terras nostras omnium rerum suarum mobilium transitus omni uectigalium exactione semota contulimus. Vt autem hec liberalitatis nostrę donatio rata et inconuulsa perseueret, presenti pagina sigillique nostri karactere ac testium annotatione, quorum subscripta sunt nomina, roborauimus: *Domnus Dietricus prepositus in Newenburch, Domnus Sigehardus prepositus in domo sancti Ypoliti, Domnus Wichardus prepositus in Ranshouen, Domnus Pertholdus prepositus in Vorawe, Domnus Wisinto prepositus in domo sancti Georgii, Domnus Sifridus plebanus in Holaerbrunnen;* De ordine liberorum *Vlricus de Perneche, Domnus Walchunus de Wassenberch,* De ordine ministerialium *Wichardus dapifer et filius eius Katoldus, Dietmarus de Chaernaerprunnen, Rudolfus de Potendorf, Haeinricus de Tumbenowe, Gotfridus camerarius, Aloldus dapifer.* Datum per manus *Danielis* notarii apud *Newenburch* Anno incarnationis domini MCCIII. Indictione VI. VII. Idus Aprilis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. Tom. IV. pag. 313.

CCCXLII.

1203. Mautern. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, bestätigt dem Kloster St. Florian die Verzichtleistung Adelram's von Perge auf die Vogtei über die Besitzungen desselben.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus Dei gratia Dux Austrie et Stirie.* Anteriorum nostrorum pia facta debita recordatione commendantes ad uniuersorum memoriam reducimus, qualiter *Adrammus* (sic) *de perge* aduocatus quondam *domus sancti Floriani* pro remedio anime sue et petitione *Ditmari prepositi* resignauit in manus *Reinberti episcopi patauiensis* iusticias aduocatie, scilicet placita, bannos et steuras et praecipue oblationes rusticorum et pernoctationes. Huius autem iuris resignationem prefatus episcopus

Digitized by Google

Reinbertus eidem ecclesie tradidit, firmauit et recognouit. Quoniam uero in diebus nostris super eisdem aduocatie iusticiis predicta ecclesia a quibusdam grauari videtur, nos, qui eiusdem ecclesie sumus aduocati et ipsius iura et priuilegia ei tenemur defendere, ad petitionem *Ottonis prepositi* et fratrum eiusdem loci easdem aduocatie iusticias pro remedio anime nostre eidem ecclesie concedimus et indulgemus. Annuentes igitur prefati episcopi reinberti super eadem concessione priuilegio et nostrum donantes statuimus, ut nulli uicariorum nostrorum in eadem aduocatia liceat aut bannos aut placita aut absolutiones uel aliquid supradictarum exactionum accipere, preter quod ei a preposito eiusdem loci pro labore suo fuerit indultum, si quando ad placita sua eum inuitauerit. Vt autem hec nostri priuilegii concessio rata et firma permaneat inposterum, sigilli nostri eam inpressione signamus et subscriptis testibus confirmamus: *Rapoto de valchenberch, Wichart de Zebignen, Hugo de molansdorf, Heinrich de brunne, Vlrich de pecca, Erchinger de landesere, Chalhoch de mulbach, Wichardus dapifer, Rudolf de potendorf, Albertus et frater eius Hugo de trutmarstorf, Wernhardus svn (forsitan strvn) et frater eius, Liutwinus de birboum, Ditricus stuhs, Adloldus dapifer, Livpoldus pincerna, Hadmar de chunringen, Otacherus prevhaun.* Acta sunt hec in *mutarn* per manus *danielis notarii* Anno incarnationis domini M.CCIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. Bd. II. pag. 457.

CCCXLIII.

1204. 22. April. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster Waldhausen die Mauthfreiheit.*

Ne presentis etatis negocia obliuionis consumat tinea uel malignancium, sicut fieri solet, corrumpat inuidia, litterarum et testium indigent indicio confirmari. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod ego *Liupoldus* dei gracia *dux tam austrie quam styrie* paupertatem et penuriam zenobii sancti iohannis in *Walthusen* uidens non modicam situmque loci ipsius durum satis et asperum considerans statui fratribus deo ibidem militantibus in remissionem peccatorum meorum aliquam subsidii conferre consolacionem. Nunc ergo remitto eis et omnibus ipsorum successoribus in remedium anime mee et omnium parentum meorum defunctorum Muttam rerum suarum et annone in *steine* hucusque nobis debitam et transitum ipsis et nauibus ipsorum

Digitized by Google

tam sursum quam deorsum per flumen danubii liberum et inmunem ab omni censu siue tributo imperpetuum (sic) concedo et presentem paginam sigilli mei munimine et inpressione roboraui. Acta sunt hec feliciter in cena domini aput *niwenburch* anno incarnacionis dominice Millesimo ducentesimo IIII. presentibus domino *Marco beritensi episcopo* et *Sigehardo archidiacono et ypolitensi preposito* et *Manegoldo chremismonasterii abbate* et *Wechelone Kotewicensi abbate* et *Heinrico abbate celle sancte Marie* et *Gotescalco preposito sancti Andree* et domino *Dietrico niewenburgensi preposito* et omnibus ducis capellanis. Affuerunt testes ydonei, quorum hec sunt nomina: *Tuto de heimenburch, Sifridus de holarbrunnen, Heinricus de mistelbach, Ulricus de Valchensteine, Ulricus de zwetel, Ulricus de draschirchen, Hartungus de Widerueldе, Chadelhohus de Muhlich.*

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge, IV. 445.

CCCXLIV.

1204. 29. Juli. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, anerkennt das Patronatsrecht der Elisabeth von Wächsenberg über die Kirche Gramastetten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfgerus* dei gratia *patauiensis episcopus* in perpetuum. Ad noticiam tam futurorum quam presencium peruenire cupimus, quod, cum inter nos et nobilem matronam scilicet *dominam Elizabeth de Wassenberch* et pueros eius diu fuisset contencio pro iure patronatus et peticionis in *ecclesiam Grimhartesstetin* et nos tandem condicto super hoc ad iudicium die patavie conuenissemus et utraque pars suum ius allegaret, ipsa quoddam priuilegium protulit, per quod ipsa se et suos heredes pretaxatum ius habere probauit et per sentenciam rite latam et approbatam illud obtinuit. Cum autem illud priuilegium ex uetustate usque adeo esset hebetatum, quod ipsa suis heredibus in posterum suspicionis et contradictionis inde periculum suscitari posse formidauit, cauto freta consilio deuota prece de consensu chori nostri a nobis impetrauit ipsius priuilegii sub presenti nostro sigillo renouacionem, sicut hic continetur. (Nun folgt die Urkunde vom September 1110.) Hec autem sub presenti nostro sigillo renouacio facta est *patavie* anno incarnacionis dominice M. CC. IIII. Indict. septima, IIII. Kal. augusti. Huius rei testes sunt fratres et canonici nostri de choro: *Heinricus decanus,*

Digitized by Google

Arnoldus custos, Chalhohus de Valchensteine, Gotfridus, Vlricus scriba,., Germanus noster Sigihardus archidiaconus.,, Wichardus prepositus in Ranshouen, Leonhardus prepositus de Richerberge, Dietmarus prepositus de suben, Albertus plebanus in trufter, Otto piber, Ulricus scobrius; Ex nobilibus *Walchênus de Chambe et Alrammus frater eius, Wernhardus de hagenowe.* Ex ministerialibus *Richerus pincerna de Wesin, Henricus dapifer de lonstorf, Manegoldus camerarius de aheim, Wernherus de valchensteine, Cunradus de buhele, Albertus puer de patauia, Thiemo de buchelberge, liutoldus de sauersteten, Walchunus de herdingen* et alii multi.

Original auf Pergament mit Siegel. — Mon. boic. XXVIII. ll. 269. — Conf. Stülz, Wilhering, Seite 16, 3. Anmerkung. — Kurz, Beiträge, IV. 533.

CCCXLV.

1204. Wels. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt das von seinem Vorfahren, dem Markgrafen Otakar von Steyr, dem Kloster Garsten verliehene Privilegium vom Jahre 1163.*

Leupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie Omnibus presentem paginam inspecturis *Chunrado* venerabili abbati de *Gersten* et suis fratribus salutem in domino. Vidimus diligenter privilegium antecessoris nostri illustris Marchionis *Odachari* et ad peticionem vestram ipsius tenorem dvximus uirtute presentivm sollempniter confirmandum, ne per antiqvitatis excidium infirmentur aliqvaliter ivra vestra. Tenor autem ipsius privilegij est per omnia in hec verba. *Otacharus dei gratia Marchio Styrensis* omnibus presentem paginam inspecturis. Auus meus *Otacharus* Marchio plantationem suam in *Gerstensi* Monasterio (etc. wie 1163). Nos igitur seriem dicti privilegii renovantes sollempniter confirmamus nolentes, ut nulli successorum nostrorum vel alicui alteri liceat eius tenorem infringere vel contra profectum ecclesie sine voluntate abbatis et fratrum predictorum vllo vmquam tempore inmutare. Ad cuius rei euidenciam presentem litteram nostri sigilli munimine consignatam dicto Monasterio liberaliter assignamus. Testes autem sunt hii: *Vlricus venerabilis pataviensis episcopus, Otto advocatus de Lengbach, Herrandus de Wildonia, Hertnidus de Oert, Ortolfus de Volchnstorf, Albero de polnhaim, Otto de Rore* et alii quam plures. Datum apud *Welsam* per manum *Leupoldi* notarii Anno domini M° CC° IIJ°.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Diplom. Garstense, 78 coll. — Kurz, Beiträge, II. 541.

Digitized by Google

CCCXLVI.

1204. — ***Poppo, Bischof von Passau, beurkundet, dass sich Siboto und Ortolf von Tegernbach dem von dem früheren Bischofe Wolfker wegen des Zehentes zu Grieskirchen erlassenen Gerichtsspruche unterworfen haben.***

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Poppo Dei gracia Pataviensis Ecclesie electus* universis tam futuri quam presentis temporis filiis salutem perpetuam in eo, qui est salus omnium et protectio. Omnibus notum fieri volumus, quod ex quo ea (contentio?), que inter *Canonicos de sancto Nicolao* et inter *Ortolfum* et *Sybotonem* et *Ottonem de Tegernbach* versatur, in rem iudicatam transivit, in presencia videlicet antecessoris nostri Domini *Wolfkeri Pataviensis Ecclesie Episcopi* suo decisa iudicio definitiva sentencia Domini *Eberhardi sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopi* est reservata potestati, cuius sine peticionis nostre interventu obtinuerint dilacionem, postea vero cum nos ad regimen iam dicte Pataviensis Ecclesie ordinacione divina fuissemus assumptus, prefati Canonici, quatenus latam sentenciam executioni mandaremus, humiliter postulabant. Nos itaque ne in facto huiuscemodi nimium videremur esse precipites, preter alias, quas in amicicia predictorum Canonicorum potestatis nostre auctoritate dedimus inducias, XIV. dierum peremtorias eis constituimus. Die igitur prefixo Siboto unus prenominatorum fratrum ad nostram veniens presenciam parte adversa iusticiam sibi exhiberi postulante cum exceptione cepit dicere et fiducialiter promittere, partem decime, que se contingeret, velle dimittere, predium vero in *Tegernbach* sue solius cessisse porcioni nimiumque in hoc sibi deperire, si solus illud perdere debuisset, nam in particione patrimonii hereditario iure hoc se asserebat accepisse. Rogabat ergo breves inducias sibi concedi, ut de recompensacione sepedicti predii cum reliquis fratribus suis determinaret. Quas cum obtinere non posset, habito consilio tam viva voce quam ex tenore scripti, quod supramemoratus antecessor noster ad confirmacionem facti predictis Canonicis tradidit, de cause decisione verius est instructus et ne huiusmodi quereret tergiversaciones, de re iudicata non esse amplius litigandum. Tandem saniore usus consilio nullo sibi patrocinante dolo tam predio sepedicto quam decime renunciavit coram testibus subnotatis, videlicet *Heinrico Pataviensis Ecclesie Decano, Ortolfo Preposito de Artacker, Chunrado Archidiacono et Plebano sancti*

Digitized by Google

Pauli, Godfrido Canonico maioris Ecclesie, Henrico Cellerario, Eberhardo Plebano de Pfarrchirchen, Ulrico Capellano Curie nostre, Friderico Scolastico de sancto Nicolao, Heinrico fratre Wernhardi de Hagenawe, Richero de Wesen, Ottone de Aichenbach, Manegoldo de Achaim, Luitoldo de Sauerstede, Wernhero de Altenhoffen, Tiemone de Puechenperch, Alberone de Germundesperch, Ulrico filio Alkeri, Reinhardo de Neunburg. de familia sancti Nicolai *Dietmarus et Henricus frater suus, Albertus, Siboto* et alii quam plures interfuerunt. Ceterum nos ad instanciam peticionis predictorum Canonicorum rigorem iuris in eum, qui adhuc in sua perdurabat contumacia, Ortolfum videlicet exercentes latam sentenciam, donec ab iniuria eorum resipisceret, auctoritate supra memorati Domini Archiepiscopi et nostra executioni mandavimus presertim cum iam predictus Ortolfus audita sentencie huius executione, tamquam aliquid in sui excusacionem allegaturus adveniens partibus coram nobis constitutis audienciam habere non potuit, nisi prius absolucionis beneficium percepisset. Quod cum humiliter a nobis postulasset, sicut dictavit sentencia, eum absolvi precepimus prestita prius caucione, ut de illatis iniuriis predictis Canonicis satisfaceret, siquidem cum iam dictus Ortolfus nullo usto titulo possessionis se tueri potuisset, tam predium quam decimam, in quibus predictis Canonicis iniuriatus fuerat, abdicavit. Huius rei testes sunt *Heinricus Pataviensis Ecclesie Decanus, Henricus Archidyaconus, Chalhohus Archidyaconus, Godfridus Canonicus, Henricus Cellerarius, Dietmarus Prepositus de Suben, Alramus de Utendorff, Arnoldus de Wartenburg, Walchunus de Herdegen, Wilhalmus de Gilzbache, Conradus de Walgxinge* et alii, quorum nomina supra continentur. Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCCIV. Episcopatus nostri anno primo.

Mon. boic. IV. 316.

CCCXLVII.

1205. 24. Mai. Nürnberg. — *König Philipp nimmt das Kloster Reichersberg in seinen besonderen Schutz und bestätigt ihm die von seinem Vater und Bruder, den Kaisern Friedrich I. und Heinrich VI., erworbenen Privilegien.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis *Philippus secundus* divina favente clemencia *Romanorum Rex* et semper Augustus. Si loca sancta honoramus et Deo serviencium quieti pro iure nostro

Digitized by Google

providemus, credimus per hoc et summe divinitatis graciam repropiciare et coronam Imperii lapidibus illis vere preciosis exornare, qui iugiter astant ac fulgent ante Deum et sub nostre proteccionis tuicione tranquilla ei pace tam pro nostra quam pro sua salute deserviunt. Unde notum esse volumus omnibus Imperii fidelibus tam posteris quam modernis, quod nos benigno assensu piis ac iustis postulacionibus fidelis nostri *Leonardi Richerspergensis Prepositi* annuentes ad postulacionem quoque dilecti Principis nostri *Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi* ipsum Richerspergense Cenobium Canonicorum regularium in comitatu Pertholdi Comitis de *Andehse* iuxta fluvium *Enum* situm in pago, quem transit fluvius Antesen, a quodam nobili viro *Wernhero* fundatum et Ecclesie Salzburgensi iure proprietatis collatum salva in omnibus Archiepiscopi Salzburgensis iurisdiccione sub regie Maiestatis nostre et omnium successorum nostrorum Imperatorum et Regum proteccionem recipimus statuentes et firmiter precipientes ad imitacionem progenitorum nostrorum *Friderici patris* et *Heinrici fratris* dive memorie Romanorum Imperatorum, ut secundum antiquam et primitivam loci illius libertatem ab ipso fundatore contraditam et privilegiis venerabilium *Archiepiscoporum Conradi et Eberhardi* roboratam nullus Advocatorum ipsius loci sive prediorum ad ipsum locum pertinencium presumat aut facultatem habeat illic Subadvocatus ordinare vel alicui sub titulo concessionis ea infeudare aut exacciones et gravamina indebita fratribus predicti loci seu ministratoribus aut eorum colonis imponere. Quodsi quandoque ex consensu Prepositi et fratrum principales Advocati aliquem sibi nomine Procuratoris substituerint, ille si postmodum Preposito et fratribus gravis et Ecclesie inutilis extiterit, in administracione advocacie nullatenus permaneat. Adicimus quoque et regie sublimitatis auctoritate ac lege in perpetuum valitura statuimus, ut bona predicto Cenobio iam collata sive adhuc prestante Domino conferenda nullus invadere aut inde quolibet modo alienare aut locum ipsum expoliare seu disvestire presumat, nisi coram legitimis Judicibus iuste et legitime iusticiam suam comprobaverit. Specialiter autem ipse locus Deo dicatus nostre regalis largicionis beneficio et emunitate gaudeat et nulla iudiciaria secularisve potestas licenciam ibi habeat placitandi, concionandi aut quelibet iura secularia exercendi, que fratrum inibi Deo militancium secundum regulam beati Augustini quietem interrumpere valeat aut disturbare. Si qua autem persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis

Digitized by Google

contra hoc nostrum privilegium venire presumpserit et secundo tercioue commonita excessum suum non emendaverit, banno nostro subiaceat et pro pena transgressionis quinquaginta libras auri examinati componat dimidium camere nostre reliquum passis iniuriam persolvendo. Huius rei testes sunt *Diethalmus Constantiensis Episcopus, Erkinbertus Babinbergensis, Otto Frisingensis Episcopi, Johannes Abbas Hersfeldensis, Hainricus Abbas Fuldensis, Lodewicus Dux Bawarie, Hermannus Lantgravius Thuringie, Diedricus Marchio Missnensis, Otto Dux Meranie, Heinricus Marchio Ystrie, Heinricus et Rapoto Comites de Ortenperch, Comes Fridericus de Zolre, Comes Conradus Plaige, Diepoldus Lantgravius de Lukinberch, Hugo Prepositus de Werchtesgadem, Albertus de Entse, Alramus de Utidorf, Wernhardus de Hagenaw et Heinricus frater eius, Chuno de Weruen, Erhardus de Tanne, Chunradus Burchgravius Salzburgensis, Heinricus Dapifer de Waspurch* (Walpurch), *Heinricus Marschalcus de Kallindin, Waltherus Pincerna de Schipfen* et alii quam plures.

Signum domni Philippi secundi Romanorum regis inuictissimi. (Monogramma.)

Ego *Chunradus Ratisponensis Episcopus et regalis aule Cancellarius* recognovi.

Acta anno Dominice Incarnationis MCCV. Indictione VIII. regnante Domno Philippo secundo Romanorum rege anno regni eius VIII. Data apud *Nuornberch* per manus *sifridi regalis aule Prothonotarii* VIIII. Kal. Junij.

Mon. boic. IV. pag. 426. — Conf. loc. cit. XXXI. I. 467.

CCCXLVIII.

1205. 2. Juli. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, beurkundet und bestätigt die Übergabe des Gutes Tern an das Kloster Garsten durch Gozwin von Obersteten, dessen Schwester und Nichte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus dei gratia dux austrie et stirie* omnibus in *garsten* regulariter uiuentibus in perpetuum. Sacrosanctis monasteriis facte donationes merito scripture testimonio roborantur, ne qua uarietate successorum inde inposterum calumpnia suboriatur. Huius rei gratia presenti scripto commendamus, quod dominus *Gozvinus de obersteten* et soror ipsius domina *alheidis* et neptis eorum domina *alheidis de ôlricheschirchen* predium

Digitized by Google

Tern, cuius ipsi iure hereditario hactenus et proprietatem libere tenuerant et quiete per manum *comitis friderici de pilsteine*, qui eiusdem predii fuit iuxta quod in uulgari dicitur *salman* in manus nostras tradiderunt eo pacto eaque conditione, ut nos ecclesie sancte marie in *gaersten* idem predium cum omni iure assignaremus siue delegaremus in usus fratrum ibidem deo militantium perpetuo conuertendum, quod nos fecimus, sicut nouit ille, qui nichil ignorat, in presentia domini *hademari* tunc eiusdem ecclesie abbatis et testium inferius scriptorum. Testes autem supradicte traditionis, que facta est *Wienne* in domo domini *Dietrici* a supradictis in manus nostras, fuerunt *Meinhardus comes de gorze*, *Chunradus comes de hardekke*, *Theobaldus marchio de vohburch*, *GeRhardus*[1] *filius comitis gebhardi de hirzperch*, *Otto aduocatus*, *Chunradus de asparn*, *Veichardus dapifer et filii sui chadoldus et veichardus*, *Hademarus de chunringen et filius suus hademarus*, *Otto de heidenrihsteine*, *Poppo de spangeberch*, *Chalhoch de ebental*, *Vlricus de vvolgerstorf*, *Marquardus de hinperge et filius suus jrnfridus*, *Liupoldus pincerna de molanstorf*, *Heinricus camerarius de tribansvvinchel*, *Helmvvicus de grieze* et alii multi. Testes uero nostre assignationis siue delegationis in *gersten* fuerunt *heinricus marchio de andehsen*, *hademarus junior*[2] *de chunringe*, *Irnfridus filius marquardi de hinperge*, *Perhtoldus dapifer de emberperch*, *Vlricus strûn*[3] *et frater eius Veernhardus*, *Heinricus camerarius de tribansvvinchel*, *Duringus aduocatus*, *Otto de rore*, *Otaker priuhauen et frater suus Rûdolfus et Alber pruhauen*[4], *Otto sheche*, *Imbrich* et alii multi. Vt autem presens scriptum perpetuam obtineat firmitatem, nostri sigilli appensione muniuimus omnibus contradictoribus nostram gratiam denegando et maledictionem perpetuam promittendo. Hec autem acta sunt incarnationis domini anno M° CC. V. Indictione III. VI. Nonas Julii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Wendenthal, VII. 408. — Kurz, Beiträge, II. 542.

---

[1]) Bei GeRhardus ist der Strich, welcher aus b ein grosses R macht, von einer andern Tinte.

[2]) Das Wort: junior über der Zeile.

[3]) Das Wort: Strûn über der Zeile.

[4]) Das Wort: pruhauen über der Zeile.

Digitized by Google

CCCXLIX.

1206. 4. Hornung. Passau. — *Poppo, Bischof von Passau, bekräftigt die Übergabe von zwei Huben zu Edramsberg an das Kloster Wilhering, welche sein Vorgänger Wolfker schon bewilligt hatte.*

Anno ab incarnatione domini M.CC.VI. in nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego *Poppo* dei gratia *patauiensis* episcopus uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Vt ad memoriam transfundamus filiorum, qui nascentur et exsurgent, facta in nostris temporibus, notum esse cupimus presentibus et futuris, qualiter predecessor noster dominus *Wolfkerus* tunc *patauiensis* episcopus, postea factus *Aquilegensis* patriarcha ad peticionem *Leupoldi* ducis *austrie*, qui principaliter inbeneficiatus erat duabus hubis locatis in *Ederamsperge* a iam dicto episcopo et ad peticionem *Hærtwici de lengenpach* aduocati *Ratisponensis* ecclesie, qui eas a duce prenominato in beneficio susceperat, et ad peticiones *Pillungi de Pernsteine*, qui eis a predicto *Hærtwico* inbeneficiatus erat, et ad peticionem cuiusdam militis *Alberonis gneusen*, qui eas a iam dicto *Pillungo* in beneficio susceperat, contulit cenobio sancte Marie in *Willeheringen* sub abbate *Ottone de Nieste* de uoluntate fratrum tunc temporis ibi degentium recipiens in potestatem sancti Stephani et predicti *Alberonis* duas curias uillicationis in *Percheimen* et unum predium in *Rotelheimen* soluens annuatim tres solidos. Ut autem contractus ille habitus in *Ebelsperch* perpetuam firmitatem haberet, adhibiti sunt testes et adnotati *Walchunus liber de Wessenberch et Cholo de Grizpach, Engelbertus prepositus de sancto Floriano, Heinricus de Lonsdorf, Rvdegerus de Biberowe et frater suus Sigehardus, Otto chreier, Vlricus Mageran, Raffolt.* Uerum quia negligentia pretermissum est, quod inpressione sigilli non fuit firmatum, quod legitime sub predecessore nostro fuerat factum, ne uetustate posset aboleri tempore nostro, peticione abbatis *Gotscalci de Willeheringen* scripto iussimus mandari nouo et inpressione sigilli nostri roborari. Idem quoque *Albero* pollicitus est, quod, si quis hanc donationem uellet irritare, ipse eam omnibus modis uellet cenobio confirmare. Huius rei testes sunt *Heinricus decanus de choro, Heinricus cellerarius, Arnoldus custos, Heinricus de Poungarten, Gotfridus de sancto Johanne* canonici. *Vlricus presbiter de Gnanendorf, Otto Biber, Vlricus scober capellani episcopi. Cholo de Grizpach,*

Digitized by Google

Walchunus de Wessenperch, Chunradus de Heichenpach, Otto frater suus, Heinricus de sancto Vlrico, Siboto frater suus, Albertus de Fuchtenpach, Grimo de Wintperch, Hartmêt chelze, Wernhardus de Otensheimen, Arnoldus de Haselpach, Waltherus de Oprechtesperge.

Datum *Patavie* II. Nonas Februarii anno pontificatus nostri secundo anno M. CC. VI. Indictione VIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, pag. 493.

CCCL.

1206. 6. April. Wels. — *Heinrich, Bischof von Würzburg, und Conrad, Abt von Kremsmünster, theilen sich in die Nachkommen zweier, ihren Stiftern zustehenden unfreien Ministerialen.*

Heinricus dei miseratione Wirzburgensis ecclesie electus et *Chunradus* Chremismonasterii abbas humilis Vniuersis huius pagine inspectoribus orationes in christo salutis auctore. Sollicitudinis nostre circumspectio subditorum suorum intendens profectibus prouide ac prudenter tanto uberiorem circa presentium commoda gerit diligentiam, quanto ampliorem circa futurorum pacem prouidentiam adhibet et feruorem. Cognoscat igitur tam presens etas fidelium christi quam successura posteritas, qualiter domnj *Manegoldj* Patauiensis ecclesie venerabilis episcopi et aliorum bonorum uirorum consilio, que ecclesie dei pacem et concordiam crescere desiderant et augeri, quosdam filiorum et filiarum *Hartwigi de Butenbach* ministerialis Chremismonasterij et uxoris sue *Alheidis de Harde* attinentis sancte Wirzburgensi ecclesie distincto numero et nominibus expressis rata traditioni *Chremismonasterio* assignauimus videlicet *Sibotonem, Chunradum, Bernhardum, Liukardum, Hiltigardem, Alheidem, Kunigundem* cum tota progenie sibi successura; Reliquos uero numero tredecim Wirzburgensi ecclesie reseruauimus, cui etiam tam hereditario iure quam materna successione tenentur, pacto firmissimo statuentes tam nos quam abbas chremismonasterij, ut nulla persona ecclesiastica uel seculari deinceps contradicente tredecim remanentes ecclesie Wirzburgensi et ex his propagata posteritas succedant paternis bonis hereditario iure. Ad cuius rei certam in posterum euidentiam presentem cartam conscribi et sigillis nostris iussimus insigniri statuentes, ne aliqua omnino persona hanc confirmationem

Digitized by Google

infringere uel ausu temerario obuiare presumat; Quod si quis facere attemptauerit, indignationem dei omnipotentis se nouerit incursurum. Huius rei testes sunt: *Otto* maior prepositus Wirzburgensis, *Boppo* maior prepositus Babinbergensis, *Eberhardus* maioris ecclesie in Wirzburch canonicus, *Wernherus*, *Baldewinus*, *Heinricus Nouimonasterii* canonici, *Scoto* et *Rudolfus* capellani. *Rupertus comes de Castele*, *Nidungus*, *Ruggerus cremesere* et *Heinricus Marscalcus de Lure*, *Rupertus* dapifer, *Ludewicus* pincerna Herbipolensis. *Heinricus de Reperch* dapifer, *Heinricus de Hage* Pincerna et frater eius *Siboto*, *Theodericus Marscalcus* et *Theodericus* camerarius Lambacenses. *Alramus* aduocatus, *Rudolfus de Siricheim* et alii quam plures. Acta sunt hec anno uerbj incarnatj M° CC° Vj° Indictione x^a^ presidente domno papa Innocentio III° Regnante domno Rege Philippo. Datum Wels octauo Idus Aprilis, Electionis domni Heinrici Wirzburgensis Electi anno Quinto, Institutionis domni Abbatis Anno Primo.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 63, Nro. 50.

CCCLI.

1206. 19. Juni. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, genehmigt einen Zehenttausch zwischen dem Kloster Wilhering und der Pfarre Gramastetten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Manigoldus* dei gratia *patauiensis* episcopus omnibus christi fidelibus presentibus et futuris salutem in perpetuum. Quoniam fauente diuina clementia ad pontificalis dignitatis apicem prouecti et nomen officiumque speculatoris in domo domini suscepimus, dignum est, ut non tantum prœesse, sed etiam prodesse consilio et auxilio his, qui nostre speculationi subiecti sunt, sollicite studeamus. Et quidem, cum omnium saluti prospicere teneamur, (tamen) specialiter ad (illorum curam) oculum nostre benignitatis inclinare debemus, quorum religio eminentior, et uita spectabilior coram deo et hominibus esse dinoscitur. Hinc est, quod domni *Gotscalci* dilecti nobis abbatis in *Willheringin* eiusque (uenerabilium) iustis peticionibus pro quodam concambio inter eos et ecclesiam in *grimarstetin* contracto, exauditionem nostram prebuimus, et conmutationis ipsius tenorem sane et rationabiliter utriusque partis consensu stabilitum nec non et nostro fauore ac tocius chori patauiensis et domni *Heinrici* plebani eiusdem ecclesie consensu approbatum

Digitized by Google

scribi statuimus, scriptum omni posteritati transmitti, transmissum inuiolabili firmitate in perpetuum obseruari. Conmutationis igitur forma talis est. Domnus *Heinricus* de *Weassinberc* in *babinberg* maioris ecclesie canonicus et parrochie in *grimarstetin* plebanus ex consultu parrochialium suorum, qui eo tempore maioris auctoritatis et sanioris consilii esse uidebantur, quasdam decimas cenobio beate Marie in *Willheringin* per manus *Elyzabeth* de *Weassinberc* nobilis matrone et eiusdem monasterii patrone tradidit, decimam uidelicet in *Einberge*, in *shart* cum omnibus pertinentiis suis uidelicet in *(Chůberc)*, *Slafberc*, *Huphoŵe*, decimam in *Cugile* et *(Selminode)* cum omnibus attinentiis suis, Totam partem decime in *ibenberge*, *grebelic* et *hohinberge*, Totam uero decimam in *(Mittirslage)*, item decimas quinque allodiorum, quorum (unum *belneche*), alterum *(starce)* appellatur, tertium ex altera parte preterfluentis aque, quod est ei contiguum. Duo uero iuxta *danubium* sita sunt. (Nec non) et decimas omnium (noualium), que de (cetero propriis sumptibus) exstirpauerint. Fratres (uero predicti restituerunt ecclesie) in *Grimarstetin* quinque allodia in conmutationem, quorum primum situm est in *(durrigen)stetin*, secundum, quod dicitur ad uiam *Rvdolfi*, tertium *durrinberge*, quartum, (quod *startz*) nuncupatur, Quintum, quod eidem predio ex altera parte aque est proximum. Huius igitur conmutationis paginam, ne quis in futurum ualeat infirmare, sigilli nostri inpressione et (probabilium) testium adhibitione curauimus roborare. Huius rei testes sunt, *Otto frisingensis episcopus*, *Růpertus (holomuc)ensis episcopus*, *Heinricus patauiensis decanus*, *Chunradus obleiarius*, *Heinricus celerarius*, *Tiemo canonicus*, *(Heinricus Rihza)* (sic) *(Ottachir) canonici*, *Domnus Kolo de griezpach*, *Wernhardus de Schŏmberc*, *Comes Eberhardus de dornberc*, *(Gotschalc) de Hunsperc*, *Wernhardus de Haginowe*, *Alramus de (ttindorf)*, *Hadirmarus de Kunringe*, *Manigoldus de Schonnebuhil*, *Richerus de Wesin*, *Albertus puer*, *Wernhardus de Altinhouin*, *(Arnolt) de Wartinburc*, *Albero de Pollinheim*, *Luitoldus dapifer de schŏmberc*, *(Heinricus) de tobil*, *Chůnradus de (curia)*, *Sifrit*, *Sibrant de geltingin*, *Heinricus de trune*, *Otto bibir*, *Vlricus de gnanendorf*. Parrochiales in *grimarstetin*, *Heinricus de rotinuelse*, *Albero gneusse*, *(Sigihart pibir)*, *Vlricus de lintheim*, *Salman*, *Albertus frater suus*, *Heinricus de gicinstetin*, *Chunrat de Mul(bach*, *Gozzolt) et frater suus*, *Růdigerus uillicus*, *Helmwicus de Lintheim*,

Digitized by Google

(Dietprant, Otto officialis, Siboto pessinger, Hecil de) otinsheim, Herman. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCCVI. Indictione VIIII. XIII. Kalendas Julii. Anno Episcopatus *Manigoldi* primo (Regnante piissimo Romanorum rege *Philippo).*

Data Patavie XIII. Kalendas Julii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Wilhering. Die mit ( ) eingeschlossenen Worte, welche im Originale nicht mehr gelesen werden konnten, sind aus einem Copialbuche ergänzt. Ein Fragment dieser Urkunde ist abgedruckt bei Kurz, Beiträge, IV. 535; vollständig bei Stülz, Geschichte von Wilhering, 495.

CCCLII.

Circa 1206. — *Manegold, Bischof von Passau, entlässt die Mönche des Klosters Kremsmünster, dessen Abt er bisher war, des Gehorsams.*

Manegoldus Dei Gratia Patauiensis episcopus dilectis in Christo filiis R.(udolpho) priori in *Chremsmunster* et vniuersis fratribus ac ministerialibus paternae dilectionis plenitudinem. Sicut Christus vsque in finem dilexit suos, ita nos ipso teste vos amauimus et semper amare parati sumus. Quoniam autem propter episcopalem curam ad diuersa trahimur, fratres absoluimus et liberam facultatem nouum vobis eligendi abbatem indulgemus et ad concordiam in electione omnimodis inuitamus.

Pachmayr, Series abbatum Cremifan. pag. 103.

CCCLIII.

1207. 22. September. Neustadt. — *Gerichtsspruch, durch welchen dem Kloster Reichersberg der Zehent zu Püten zugesprochen wird.*

In nomine domini nostri iesu christi nos E. de *neunchirrhn* et O. de *uiscahe* et magister A. de *polano* plebani in cavsa, que inter *Richerspergensem* ecclesiam ex vna parte et O. de *Scratnstain* ex alia svper quibusdam decimis in *putinensi* parrochia positis a svmmo pontifice ivdices delegati partibus in nostra presentia constitutis *richerspergensis* ecclesie acceptis probationibus, quod ab archiepiscopis *Salzburgensibus* dicte decime sibi canonice collate fuerint, sic, ut instrumentvm ex inde factvm a *Chünrado* venerabili *Salzburgensi* quondam archiepiscopo sub certo sigillo manifeste declarat, cvm pars adversa probare non possit in contrarivm, prefatas decimas avctoritate, qua fungimur, *Richerspergensi* ecclesie adiudicamus in perpetuvm

Digitized by Google

canonice possidendas. Actvm pvblice apud *nouam ciuitatem* in maiori ecclesia X. Kalendas Octobris anno verbi incarnati M. CC. VII. et ut in postervm nulla posset svboriri calumpnia, presenti sententie sigilla nostra dvximus apponenda.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCLIV.

1207. Linz. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, schenkt dem Kloster Gleink dreizehn Prädien im Enthale in Steiermark, dann acht Joch Äcker und zwei Weingärten bei Gobelsburg in Österreich, und genehmigt auch die Schenkung, welche Udschalk von Trübenbach mit seinem gleichnamigen Hofe und sieben Prädien diesem Kloster gemacht hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Liupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie* vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens pagina deuoluetur, demorte transire ad uitam. Omnia gesta hominum quantumuis utilia in morte mortalium morerentur, nisi ea perpetuaret et quasi uiuere faceret certa representatio litterarum. Proinde scire volumus uniuersos, ad quos presens scriptum deuenire contigerit, quod nos pro remedio tam anime nostre quam parentum nostrorum presentibus uniuersis ministerialibus Austrie et Styrie tradidimus et contulimus super altare Sancti Andree apostoli in *glênich* donatione legitima predia tredecim In *Enstal* iuxta montem *Gumpenperge* apud *house* cum omnibus pertinentiis et utilitatibus eorundem, que vel ibi nunc sunt vel fieri poterunt infuturum Ea conditione interposita, ut de eisdem fratribus in *Glênicensi* Monasterio domino famulantibus oleum vite usibus necessarium perpetuo ministretur. Jvs tamen Aduocatie in dictis possessionibus nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, ut easdem possessiones absque respectu totius conmodi temporalis defensare fideliter atque protegere teneamur. Preterea presenti scripto manifestamus, quod nos octo iugera apud *Gobanspůrch* Et duas vineas, que dicuntur Geren apud Austriam, vna Ger inferius apud *Zebingne*, altera apud *hasele* cum pheodo *glvnicensi* ecclesie libere contulimus ab eodem monasterio perpetuo possidendas. Illud etiam in presenti pagina profitemur et nosse similiter volumus vniuersos, quod *Vdschalcus de Trůbenpach* ministerialis noster sue salutis intuitv Curiam suam sitam In *Trůbenpach* cum septem prediis aliis,

Digitized by Google

que ab ecclesia *babenbergensi* iure hominii actenus ipse possederat, deo omnipotenti et beato Andree apostolo in *Glênich* eadem die in nostra et omnium ministerialium nostrorum presentia per manus nostras libere contulit a sepedicto monasterio perpetuo libere possidendam, hoc de nostro et cum nostro consensu adiciens, quod Curia memorata eum prediis adtinentibus nulla conmutatione seu venditione sine nostra vel posterorum nostrorum permissione atque licentia a monasterio *Glênicensi* alienari valeat ullo modo. Cui donationi atque traditioni presentes interfuerunt Assensores et Testes, quos presens pagina continet subnotatos: *Ipse dominus noster Manegoldus venerabilis patauiensis episcopus, Livpoldus comes de pleien, Wernhardus de Schoumberch, Rudolfus de Kindperch, Ulricus, Livtoldus de peka, Hertnidus de orth, Wlfingus de chaphenberch, Herrandus de wildonia, Herthnidus de Awensteine, Erchengerus de lanser, Vlricus De stubenberch, Otto de chremse, Weigandus de chlamme, Hermannus, Rapoto, Chunradus de puten, Ortolfus, Herthnidus de volchenstorf, Gundakerus de Steyr Et filii sui Gundakerus, Duringus, Otakerus Otto de greze, Otto de liuben, Chunradus De ramnesteine, Ditmarus de liechstensteine, Hermannus De chranechperch, Ditmarus dapifer, Otto, Ulricus, Otto, Hermannus, Gerhardus de chrumpach, Heinricus, Ernsto de Trûna, Pertholdus de stege, Pillungus de Pernsteine, Ludwicus de Slierbach, Eberhardus, Rudolfus fratres de Terenperge, Erchenpoldus de hagwalde, Heinricus Stirbenze, Ditricus de Zûcha, Hugo der gerber,* ministeriales ecclesie *babenbergensis* Et alii quam plures.

Datum apud *Linzam,* Anno dominice Incarnationis. M° C° C. V ij°, InDictione decima, Sub venerabili abbate *Stevenone,* Regnante domino nostro Jesu christo in eternum Amen, *Philippo Friderici* Filio Romanis inperante.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. Die Jahreszahl ist undeutlich geschrieben. Kurz (Beiträge III. 326) hat „M. C. XC. II." gelesen, was mit dem Inhalte nicht übereinstimmt. M. C. ist deutlich, dann folgt XC. II. Es scheint, dass der Schreiber Anfangs im Schreiben irrte, und seinen Fehler durch das Zeichen V zu verbessern suchte, jedoch das Zeichen X auszustreichen vergass. Liest man demnach: M. CC. VII., so stimmt Inhalt und Indiction zusammen. Das Siegel gehört, nach sorgfältiger Vergleichung mit den bei Hergott, Hanthaler, Hueber u. a. abgebildeten und mit den an den Urkunden zu St. Florian hängenden, dem Herzoge Friedrich II. an. Wahrscheinlich hing dieser Fürst zum Zeichen seiner Bestätigung sein Siegel an des Vaters Diplom. Ein Archivar

Digitized by Google

von Gleink, gewahrend, dass der Aussteller der Urkunde und der Herzog des Siegels nicht übereinkommen und in der Besorgniss, dass jene dadurch möchte gefährdet werden, grub die Buchstaben des Namens Friedrich aus dem Siegel heraus.

CCCLV.

1207. Dornbach. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, genehmigt die Ehe der Alheit, der Tochter seines Ministerials Ernst von Traun, welche den würzburgischen Dienstmann Dietrich von Pühel geehelicht hatte, gegen gleiche Theilung der Nachkommen derselben zwischen ihm und dem Bisthume Würzburg.*

Liupoldus dei gratia dux tam *Stirie* quam et *Austrie* cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Ut hominum gesta, que digna fuerint memoria, tam posteris quam et presentibus veraciter innotescerent, provida patrum Sollertia contra novercalem rerum oblivionem Scriptorem (?scriptorum) testimonia prudentissime procuravit, Quod etiam futuris ex tunc etatum Successionibus exemplum humanis contractibus neccessarium commodissime reliquit. Hinc est, quod et nos presentium Simul et futurorum memorie notum esse cupimus, quod ministerialis Nostri *Ernesti de Trun* filiam *Alheit* dictam uxorem *Dietrici de Puhel Erbipolensi ecclesiae*, cujus ipse ministerialis est, per manum *Rodgeri de Proschingen* jure nostro delegavimus eo tamen pacto, ut filii seu filie memorati D. et (in?) predicte ecclesie Sortem Segregentur eo quoque tenore, ut tam filie quam filii ipsorum jus feodi hereditarium et equam Sortis distributionem utriusque Id est tam a nobis quam ab Erbipolensi ecclesia perhenniter habeant. Quod si alterum tantum, hoc est filium aut filiam generaverint, ipse vel ipsa cum Sobole sua ad praxtatum (pretaxatum) pari hereditari Sortis (pari hereditatis Sorte?) et feodi jure, ut premissum est, episcopatum pertinebit. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presenti pagina cum Subscriptis testibus et Sigillo nostro signata rite Confirmamus. Hujus rei sunt testes *Wernhardus de Scowenberch, Vlricus de Pekka, Adeloldus de Chiorre (Chiovre), Wichardus junior de Charlesperch, Gerhardus de Chrumpach, Otto de Perchtoldesdorf, Erbwinus de Grovnenbach, Otto de Misowe, Liupoldus Pincerna et Hugo frater Suus de Molanstorf, Diethmarus de Michelbach, Otto junior de Ror, Hainricus et Dietricus Saxones, Ernestus de Trun, Ulricus Wildinsmur, tres fratres Stuchsen de Trutmannesdorf, Fridericus de Wachrein, Hainericus de Lufftnberg.* Acta sunt hec

Digitized by Google

Anno domini M.CC.VII. *Dornbach* in Cenaculo Abbatis Sancti Petri de *Salzburch*. Hec autem pacta facta sunt et roborata, ut et Dominus *Erbipolensis episcopus Otto* jure Suo hoc est sigillo et Ministerialium Suorum testimonio in Perpectuum (sic) cerroburet (corroboret).

Hormayr, Taschenbuch für 1828, pag. 272.

CCCLVI.

1207. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, schenkt dem Kloster Suben ein Burgrecht und verleiht ihm die Mauthfreiheit zu Passau.*

In nomine sancte et individue Trinitatis *Manigoldus* Dei gratia *Pataviensis Episcopus* universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Universa negocia, que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, perennari debent voce testium et memoria litterarum. Ex iniuncto nobis Pontificatus officio preces humilium compellimur exaudire et eorum iustis peticionibus inclinari. Sciant ergo universi Christi fideles tam presentes quam futuri, Quoniam nos zelo charitatis moti erga dilectum filium nostrum *Prepositum in Suben* nomine *Dietmarum* et erga eiusdem loci congregationem sub regulari disciplina sibi subiectam in remissionem peccatorum nostrorum eis contulimus in *Patavia* ius civile, quod vulgo dicitur Burkhrecht; Insuper etiam navibus victualia sua vel quascunque res eorum portantibus sine vectigali, quod nos Mutam dicimus, liberum descensum concessimus et ascensum. Ut autem rata imposterum permanerent, presentem donationis cartulam Chori nostri fideli testimonio et sigilli nostri munivimus firmamento. Siquis itaque factum hoc infringere presumpserit, omnipotentis Dei et omnium Sanctorum indignationem se noverit incurrisse. Huic etiam dono, dum Incarnati Verbi anno millesimo ducentesimo septimo, Indictione decima, anno Pontificatus nostri primo in *Pataria* fieret, astiterunt Testes subnotati de Choro *Ulricus Custos, Ortolphus de Saslich, Conradus Oblatarius, Henricus Cellerarius, Gotfridus, Ulricus Notarius Episcopi*, de ministerialibus Episcopi *Dominus Leutoldus de Seversteten, Manigoldus de Rhenne et frater eius Henricus, Manigoldus de Schoenenbuechel, Ekhardus et frater eius Henrichus de Furte, Walchung de Herdingen, Henricus de Lonstorff, Albertus de Pabenstorff*, de civibus *Ulricus Prenzinger, Conradus Prurare, Henricus Ysmer, Ruprecht Sueber, Henricus Landwuest, Waltherus Mutære.*

Mon. boic. IV. 328.

Digitized by Google

CCCLVII.

1208. 22. April. St. Pölten. — *Mangold, Bischof von Passau, schenkt dem Kloster Baumgartenberg einen Weinzehent auf dem Limberge.*

Innotescat omnibus christi fidelibus, quod ego *Manegoldus* dei gratia *patauiensis* ecclesie episcopus. cum consensu chori mei dedi fratribus in *poumgartenberge* quandam decimam uinearum in agro eo qui vocatur *Limperc*, quem ipsi fratres antea in propria agricultura habuerunt, absque omni iure decimationis, futurum ergo precaventes timorem volumus ac districte precipimus, ne aliquis parrochianus uel officialis noster infestet eos, sed agrum supradictum, quem cum decimis suis sub quieta possessione usque ad nos perduxerunt, ita cum omni tranquillitate de cetero eum possideant. Et ut ista nostra indulgentia rata atque inconvulsa teneatur, cartam hanc sigilli nostri impressione testiumque conscriptione muniri fecimus. Testes *Sigehardus archipresbiter et prepositus sancti ypoliti, Otto prepositus sancti Floriani, Ulricus patauiensis cellerarius, Heinricus de mistelbach plebanus et patauiensis canonicus, Hartmannus eiusdem ecclesie canonicus, Ulricus decanus de sancta agatha, Manegoldus de schonenbuhele, Heinricus de wizmannesdorf, Marquardus trapezita de sancto ypolito* et multi alii.

Datum apud *sanctum ypolitum* Anno ab incarnatione domini M° CC° VIII° Indictione XII° Anno pontificatus nostri III° X. Kal. Mai.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCLVIII.

1208. 15. October. Wien. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, sichert dem Stifte St. Florian die Exemption seiner Unterthanen am Windberge von der weltlichen Gerichtsbarkeit zu.*

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis *Liupoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie*, quia piorum studiorum premium et remunerator est deus, grande nos speramus accumulare nobis meritum apud ipsum, si ad pacem ac defensionem Ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et eorum pressuram iacturam nostram existimemus, Omnibus christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod nos Ecclesiam, que *domus Sancti Floriani* uocatur, nobis specialiter dilectam uolentes plena pace ac libertate gaudere omnes iusticias et

Digitized by Google

obnoxietates, quibus a ripa *danubii* In dem Tal usque sursum ad fluuium, qui *wolta*, of dem *Wienneperge* tam in prediis quam in hominibus prius erat obnoxia seculari iurisditioni, que uulgo dicitur Lantchericht, super aram sancti Floriani per oblationem gladii delegauimus et ipsam Ecclesiam unacum aduocatia Prediorum, que dicuntur domine *Cecilie*, que ad nos iure pertinet speciali, ibidem pro eterna retributione exemimus et absoluimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam conprouincialium judicum in bonis Ecclesie ibidem liceat alicuius placitationis formam habere neque terminum aut locum Judicialem, qui dinchstat seu banstat uulgariter nuncupatur, in prediis constituere memoratis nec ibi nec alibi homines Ecclesie siue Colonos siue proprios siue Censuales ad standum suo Judicio pro aliqua causa conpellere nec de negociationibus vel de uectionibus venalium suorum ratione thelonei, quod Maut vel Zol dicitur, ab eis aliquit exigere. Volumus enim, ut omnes cause, que in Prediis memoratis emerserint, que uel expurgatione uel pecuniaria indigent conpositione, ab omni seculari Judicis iurisditione tam integre sint exempte, ut de ipsis preposito et eius officiario liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinij uel alicuius criminis, quod mort dicitur, uel alicuius maleficii, quod mortem malefici exigit, in homine Ecclesie notorie fuerit deprehensum (sic) quia huius iudicii executionem ordo sacerdotalis sibi non uendicat, talis maleficus per officialem Prepositi uel per eum, quem pro petitione Prepositi illius Ecclesie constituimus aduocatum, tradatur conprouinciali judici condempnandus omni tamen possessione ipsius malefici tam mobili quam inmobili soli Ecclesie conseruata. Talium autem personarum inquisitionem Officialis prepositi tantum faciat, jnuentos uero a bonis Ecclesie amoueant infra mensem et in eis priuilegio suo renuncient et ex tunc de factis eorum non teneatur Ecclesia respondere. Similiter si persona aliqua extranea contra hominem Ecclesie coram preposito vel eius officiario pro aliqua causa querimoniam deposuerit, si homo Ecclesie ad exhibendam iusticiam rebellis fuerit conquerenti, actor causam ad eum, cui in defensionem Ecclesie uices nostras conmiserimus, deferat. Si uero et ille ad exhibendam iusticiam rebellis fuerit conquerenti, ex tunc prepositus de tam contumaci homine se postmodum non intromittat. Alias uero quascunque causas siue pecuniarias siue prediales siue in persona siue in dampna (sic) bannos videlicet pugnarum, expurgationes omnesque

Digitized by Google

obuenciones scilicet losunge, vberuanch, gaumlos, nocturnos dolos in personis et prediis suis Officiales Ecclesie judiciali ordine exequantur. Preterea statuimus, ut nullus iudicum conprouincialium hominem Ecclesie alicuius forte reum criminis seu maleficij uel suspectum in oppido forensi of dem *Winneberge*, quod dicitur ad sanctum Petrum, captiuare presumat, sed talem maleficum pena debita castigandum ab officiale (sic) prepositi postulabit et ille judici non negabit iusticiam postulanti. Et ne aliquis uel heredum uel successorum nostrorum huius constitutionis nostre priuilegium neque per inpheodationem neque per aliud quodcumque genus alienationis inposterum infringere debeat, presentem paginam autentici sigilli nostri inpressione insignimus cum subscriptione testium istorum. *Vlricus Comes de Chlamme, Otto Têmaduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chunringe, Albero et Hadmarus filii eius, Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus filii eius, Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potendorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Lichtenstœine, Otto de Chrems, Hadmarus de Pômgarten, Hermannus de chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de widerveld, Otto de Perhtoltstorf, Otto de pirbovm, Vlricus de Chernebrvnne, Vlricus de Marbach, Perhtolt de Emberberch, Hainricus de Prvnne, Liupolt pincerna, Albero de Grimstein, Dietmar de Chuleube, Herbort de Volkenstorf, Dietricus de Windeke, Deinrat capellarius, Opoldus et Hainricus camerarii.* Acta sunt in prato iuxta *Nœrden*, peracta in *domo sancti Floriani.* Data *Wienne* per manus *Vlrici* Notarii Anno incarnationis domini M. CC. VIII. Idus Octobris, Indictione III^{a} anno vero Imperii Cesaris *Ottonis* primo.

Aus der Bestätigungs-Urkunde K. Otokars ddo. 1. Februar 1258. im Archive des Kl. St. Florian. — Kurz, Österreich unter Albrecht IV. II. 459.

CCCLIX.

1208. 19. October. Mauthausen. — *Abbt Rudiger und der Convent des Klosters Baumgartenberg unterwerfen sich dem Spruche eines Schiedsgerichtes in Betreff einer Zwietracht mit dem Kloster zu St. Florian wegen einiger Güter zu Hard.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Rûdgerus* abbas de *poumgartenberge* et nos eiusdem ecclesie fratres per huius pagine scriptum tam presentium quam futurorum memorie commendamus, qualiter nos unanimi congregationis nostre assensu, ut finis imponeretur

Digitized by Google

controuersie, que uertebatur inter nos et ecclesiam nostram et inter dominum *Ottonem* prepositum de domo *sancti floriani* fratresque suos et ecclesiam ipsorum super quibusdam prediis in *harde*, in quibus ius habere uidebantur, in arbitros scilicet dominum *Wernherum de sancta cruce* et *Wecelonem in Kotewico* et *Hadmarum de gersten* abbates premissa stipulatione ducentarum librarum conpromisimus. In hos etiam predictos de domo *sancti floriani* prepositus cum suis fratribus compromiserat. Illi uero prudentum uirorum consilio tali arbitrio litem deciderunt, quod prepositus et fratres de domo *sancti floriani* abrenuntiauerunt tam instrumentis quam testibus et omni iuri, quod in predictis prediis petebant, et nos uersa uice ipsis et ecclesie ipsorum mansum unum in *Luncwiz* a *dietmaro* colono tunc possessum manu potestatiua et per manum aduocati, scilicet *Ulrici de marbach*, qui presens erat, tradidimus nec non aduocatiam cum omni iure s[illegible]o per concambium unius curtiloci in *ahwinden*, unde pisces nobis soluebantur, et alterius curtiloci in *cirtnaren* exemptam, libera donatione et abrenuntiatione iam dicti *Ulrici* proprietarie ipsis contulimus. Addidimus etiam ipsis ecclesiam *sancti Wenezlai* (sic) in parrochia ipsorum *wartperc* sitam cum dote et omnibus suis attinentiis. Insuper prediolum quoddam in *ahwinden* situm, et mancipium scilicet hildburgim filiam heinrici rufi, uxorem Ulscalci, qui de familia ipsorum fuit, ea potestate, qua predicta ipsis contulimus et in manus eorum nec non arbitrorum hiis omnibus abrenuntiauimus et ut hec ab aduocatis et fundatoribus utriusque ecclesie ratificarentur, utraque pars a suo aduocato ac fundatore fide data arbitris et sub cautione pretaxate pecunie promisit impetrare.

Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, sigilli nostri impressione roboramus. Insuper nos arbitri predicti, quod hec ita acta sint et quod imperpetuum irrefragabiliter debeant obseruari, sigillorum nostrorum adpositione protestamur.

Huius actionis testes sunt *Marquardus abbas de zwetel, Okerus abbas de lienenuelt, Steuin abbas de glvnic*, qui erant assessores arbitrorum. Insuper alii testes, *Ortolfus de uolkenstorf, Ulricus de marbach, Heinricus de mitterkirchen, Gotscalcus de erbingen, Gumpoldus, Marquardus de mitterberc, Růdolfus de rustorf, Otto de mitterkirchen, Dieprandus, Dietricus welhil, Heinricus de celle, Reibot mvesel, Kůnrat geuman, Kůnrat hirtel, Ulricus ualboc, Kalhoch de cirtnaren, Meingoz de riede.*

Digitized by Google

Ego *Rvdigerus* abbas subscribo, Ego *Chvnradus* prior subscribo. Ego *Sifridus* subscribo, Ego *Herwicus* subscribo, Ego *Vlscalcus* subscribo, Ego *Chvnradus* subscribo, Ego *Ditmarus* subscribo, Ego *Willhalmus* subscribo, Ego *Lvdwicus* subscribo, Ego *Albertus* subscribo, Ego *Wernhardus* subscribo, Ego *Kristanus* subscribo, Ego *Hermannus* subscribo, Ego *Chunradus* subscribo, Ego *Albertus* subscribo, Ego *Erchinbertus* subscribo, Ego *Reinhardus* subscribo. Ego *Heinricus* subscribo, Ego *Heinricus* subscribo, Ego *Ditmarus* subscribo, Ego *Rvdigerus* subscribo, Ego *Ditricus* subscribo, Ego *Leo* subscribo. Acta sunt hec *muthusen* Anno domini M° CC° VIII. Indictione XI. XIIII. Kalendas Novembris.

Original auf Pergament mit Siegel des Abbtes von Baumgartenberg, im Archive des Klosters St. Florian. — Kurz, Beiträge, III. 401.

CCCLX.

1209. 31. Jänner. Baumgartenberg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt dem Kloster Baumgartenberg dessen namentlich aufgezählten Besitzungen und die dem Cistercienser-Orden zukömmliche Freiheit von jeder anderen als der landesfürstlichen, unentgeltlichen Vogtherrschaft.*

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis *Liupoldus* dei gratia dux austrie et stirie uniuersis christi fidelibus tam presentis etatis quam future generationis in perpetuum. Quoniam quidem non est potestas nisi a deo, expedit in potestatibus precipueque in sublimitate principali constitutis, deum semper habere propitium, in cujus manu sumus et nos et potestas nostra. Nimirum etsi multis magnisque detenti negociis, digne ipsi, ut oportet, seruire ac placere non possumus, possumus tamen ac debemus seruientibus ej et placere studentibus cooperari in bonum eosque tuendo, fouendo, manutenendo perpetuam deitatis propiciationem promereri. Quapropter inter alios dei famulos sub nostra ditione constitutos et nostra defensione tuendos fratres quoque in *boumgartenberge* domino deo seruientes numeramus ac conscribimus eorumque et in presens quieti et securitati in posterum presentis priuilegii munimine prouidemus ac prospicimus. Ut igitur tam ipsi quam cuncta ad eos pertinentia sub tutela nostra perpetua debeant pace gaudere, uniuersas eorum possessiones in hac pagina scriptas atque expressas ab omni uiolentorum inuasione fraudulentorum subreptione tutas omni tempore liberasque permanere

Digitized by Google

censemus. Et primo quidem locum, in quo abbatia ipsa sita est, cum uniuersis, que eidem abbacie ab ipsius fundatore *Ottone* scilicet de *machlant* nobili ac libere conditionis uiro sunt donata. Castrum uidelicet, quod *boumgartenberge* dicebatur, nemus eidem castro contiguum et cum nemore quicquid in eo sui iuris erat, sine omni exceptione memoratus. *Otto* delegauit. Delegauit etiam *modininsdorf* predium, predium *tunnic*, predium *gozzoltingen*, in quibus nunc ipsorum grangie sub eisdem nominibus site sunt, quorum prediorum omnium hij sunt termini: PRedium *modininsdorf* ad orientem quidem conterminum est agris cuiusdam matrone *Elysabeth* sororis quondam *beatricis* de *Klamme*, ad occidentem uero *lawarn* habet confinium et ad austrum ab utroque termino finitur in *danubio*. Predium uero *Tunnic* in latere uno iungitur agris uille, que dicitur *fridehalmesdorf*, in altero uille, que *Kolbingen* appellatur. Predium uero *gozzoltingn* ab una parte pertingit usque ad *amlungesbach*, ab altera ad terminos castri *Klamme*. Addidit quoque prefatus uir. ecclesias duas. unam sancti Jacobi in predicto castro sitam, alteram sancti Lamberti in *modininsdorf*. cum molendinis, terris, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus et omnino cum omnibus, que ibidem ipse possederat. PReterea in *teufenbach* VIII. mansos cum molendino et nemore adiacente, in *icendorf* duas maierias, in *putcingen* duos mansos, in *marquartesdorf* et in *wulkendorf* VIII. mansos cum curtilibus et aliis eorum attinenciis. in *cremis* uineam que appellatur *scherfespeunte*, et alteram, que dicitur superior uinea, terciam in monte, qui uocatur *laimgrůbe* et in *radendorf* quartam cum predio in *gneusendorf*, quod nunc est grangia eiusdem nominis pertinente ad illam quodam agro in *hartrates* cum aliis appendiciis. Hec omnia sepedictus *Otto* in usus fratrum in *boumgartenberge* deo et sancte MARIE delegauit, preter que fratres ipsi predium quoddam ab *Ulrico* quodam milite concambio exemptum absque omni querimonia per annos plus quam quinquaginta iam possident, in quo predio nunc est grangia ipsorum, que *Kůhof* appellatur. Huic contiguum habent quoddam predium partim cultum partim incultum, quod in uno latere terminum habet fluuium *nærden*, in altero uallem, que a *Kirchstege* ipsum disterminat, in tercio *lawarn*, in quarto modininsdorf. Huic proximam in *lawarn* mageriam unam, in *werde* duos mansos, quorum unum *beatrix* de *Klamme* contulit, alterum *Ulricus puer* filius *Ottonis comitis de uelburc*. In *harde* etiam predium possident, quod

Digitized by Google

Hermannus de bocchesrucke eis donauit, quod tamen fratres de domo *sancti Floriani* ad se pertinere contendebant, sed contentio illa per arbitros ita decisa est, ut in predio ipso nemo decetero quicquam uiris habere debeat nisi fratres de *boumgartenberge*. Ipsum uero predium a fluuio *nærden* usque ad agros uille *stærcingen* longitudinem trahit, latitudinem uero tendit a predio, quod *zagelowe* dicitur, usque ad predium quondam *Eberhardi de brotestrum*. In *danubio* autem quedam insula et in *Rûprehteshouen* prediolum unum in *nivheim* uero duo prediola ad predictum predium *harde* pertinent. Extra usum uero ipsi tamen contiguum in orientali parte predium habent, quod dicitur *pirken*, datum a *Rudgero filio Wichardi de Klamme*, in parte uero occidentali duos mansos, quos emerunt ab *Eberhardo de brotestrum*, triaque prediola, que contulit *Willebirgis* filia predicti *Eberhardi*, mansum quoque unum in *Wagrein* ac prediolum in *Werde* data a duobus fratribus *Heinrico* et *dietrico de nærden*, mansumque unum, quem contulit *Heinricus* iam *dicti Dietrici* filius et in *hœumad* unum mansum, datum ab *Einwico de Kuleibe*. Ceterum *Dietmarus de agste* delegauit eis in *Marbach* ecclesiam et duas maierias mansosque duos et in aliis diuersis locis maierias duas ac prediola XXVIII. Duo quoque prediola iuxta *rechperc* contulit eis *Sigelochus de fridhalmesdorf*, in *ellenbach gerungus* unum et alterum *Ulricus* de ipso loco, in *Erla* unum *beatrix de Klamme*, secundum *Eticho*, tercium *Waldungus* cognomento *lithus*, iuxta *steininrvte* mansum unum contulit eis *Otto comes de Klamme*, alterum *Reinoldus* de *fridehalmesdorf*. in *Eichperc* prediolum unum *Ulricus* de *castro*, et *Modinsecke* decem prediola. *Herwicus* de loco ipso, iuxta *munchesbach* prediolum unum *Chunradus* de *steine*, in *fossa* prediolum unum *Mahthildis* de *Klamme*, iuxta *hohenberge* predium unum quedam *Ebrlindis*. iuxta *guningen* prediolum unum contulit eis *Hermannus de Krecen*. PReterea apud *Rotensteine* siluam unam et quatuor predia emerunt, quintum eis dedit *Elysabeth* de *plasensteine*, sextum *Heinricus shiemær*, ex quibus sex prediis grangiam unam fecerunt. De nordica quoque silua in *Kunegeswisen* ad quinquaginta mansos habent ex donatione primi sui fundatoris supradicti scilicet *Ottonis* de *machlant* nobilis uiri. In *Krecebach* etiam predium unum contulit eis *Ulricus* senior de *ibenberc*, in *teufenbach* prediolum unum *Ulricus* de *sæhsen*, iuxta *sæhsen* predium unum *Helenwicus*, iuxta *grine* predium unum *Gumpoldus*, in *wizzenbach* duo prediola

Digitized by Google

Gotfridus de *beien* iunior, tercium ibidem a duobus eiusdem *Gotfridi* fratribus emerunt, in *hersdorf* predium unum contulit *Salmannus de richenowe*, in *Sachsendorf* agrum unum *Helce*, in *icendorf* mansum unum *Diemůdis* soror *Růdgeri* de ipsa villa, alterum emerunt a *Sifrido* de *tanne* et ab eodem duo prediola in *werde*, in *nocchelingen* sex mansos et curtile contulit eis ratisponensis burcraiius, *cremis* uero in monte, qui dicitur *winzurlberc*, unam uineam contulit eis *beatrix* de *Klamme*, et alteram in *radendorf Herbordus* de *Flackenecke* delegauit et in *amlungesbach* mansum unum *Otto* comes de *uelburc*. Hec sunt predictorum fratrum de *boumgartenberge* uniuersa predia, que nunc habent, que euncta eis nostra principali auctoritate confirmamus statuimusque, ut non solum ab aduersariorum uexatione quieta, sed ab omni etiam aduocatorum exactione perpetuo iure sint libera. Constat enim et in placito nostro *Mutarn* ex sententia perquisitum atque inuentum est, omnes cysterciensis ordinis monachos tale ius ex antiquo habere, ut nec ipsi nec ipsorum predia ulli aduocato quicquam soluere debeant, sed neque aduocatum eis habere liceat, nisi defensorem principem ipsum, qui caput est terre, in qua quique eorum degunt, et hunc solam dei retributionem pro ipsorum defensione debere exposcere. Proinde sepedictis fratribus ius ipsum sic conseruari ac constare decernimus, ut neque aduocati neque defensoris nomen super eos aut eorum possessiones habere quisquam debeat, nisi nos et in principatu nobis succedentes aut cui uices nostras ad tuendum eos iniunxerimus. Qui tamen si nomen aduocati habere, si ius aduocati exigere siue aliis modis eos grauare uoluerit, reicere eum et a nobis alium petere atque accipere iuste poterunt. Concedimus etiam eis, ut uinum atque alie res eorum apud omnes thelonearios nostros liberum habeant transitum ita, ut quicquid uehant, nemo ab eis uectigal aut quicquam nostri iuris exigere debeat. Ut igitur euncta hec rata inconuulsaque perenni stabilitate consistant, presentem paginam sigilli nostri impressione conmuniri fecimus testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: *Ulricus comes de Klamme*, *Liupoldus de molansdorf pincerna*, *Heinricus iunior de prunne dapifer*, *Heinricus de tribanswinkel*, *Chunradus mace*, *DietmaRus de Rætelenberge*, *Chunradus de Wildecke*, *Heinricus prêshienke*, *Heinricus shicke*, *friderikus de shatowe*, *Ulricus de sæhsen*, *Gumpoldus de alhartesberge*, *Jubordus de castro*, *Lupordus de silua*, *RicheRus de insula* et alii plures. Datum in *Boumgartenberge*. Anno ab

Digitized by Google

incarnatione domini M° CC° VIIII. Indictione XII° II Kalendas Februarii Per manum *Ulrici* notarii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Museum zu Linz. — Kurz, Beiträge, III. 403.

CCCLXI.

1209. 2. Februar. Lateran. — *Papst Innocenz III. bestätiget sämmtliche Rechte und Besitzungen des Klosters Baumgartenberg.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Rudgero Abbati monasterii de Boumgartenberge* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium Sancte Marie de Boumgartenberge, in quo diuino estis mancipati obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam de *Modminstorf*, Grangiam de *Timnike*, Grangiam de *Kuhof*, Grangiam de *Gnaussendorf* cum terris, pratis, pascuis et aliis pertinentiis earumdem, Possessiones de *Harde*, Possessiones de *Marbach*, Possessiones de *Rotensteine*, possessiones de *Kunegeswisen*, Possessiones de *Marquartesdorf*, libertates quoque super placito et aliis a regibus et aliis principibus monasterio uestro concessas. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, tam de terris cultis quam incultis seu de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos

Digitized by Google

uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Quodsi quis forte retinere presumpserit, licitum sit uobis in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dare siue alio modo alienare absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Sique uero donationes uel alienationes aliter, quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus siue licentia et consensu abbatis et maioris partis uestri capituli pro aliquo fideiubeat uel ab aliquo pecuniam mutue accipiat ultra pretium capituli uestri prouidentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si facere presumpserit, non teneatur Conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis, siue ciuilem siue criminalem contineant questionem, testium uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica prohibemus, ne ullus episcopus uel alia quelibet persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat nec ad domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi uel conuentus aliquos publicos conuocandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem impediat aut de instituendo aut remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta ordinis Cisterciensis se aliquatenus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humilitate ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouitios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata, Illud adiicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo

Digitized by Google

ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus uero aliarum rerum (altarium) siue ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu consuetudinis uel alio quolibet modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus impendat; Alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, impendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc imposterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, siquem episcopum Romane sedis, ut diximus, communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas non soluitis siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu in benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus uos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna imposterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica inhibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere seu interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini uestro concessas nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus

Digitized by Google

uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Quietis (cunctis) autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus Subscribo.

(Sequuntur subscriptiones octodecim Cardinalium.)

Datum *Lateran* per manum *Johannis* Sancte Marie in Cosmidin (ita legi deberi videtur) Diaconi Card. Sancte Romane Ecclesie Cancellarii IIII.. Nonis Februarii Indictione XIII. Incarnationis dominice M. CC. IX. Pontificatus uero domini Innocentii pape III. Anno Duodecimo.

Kurz, Beiträge, III. pag. 411.

CCCLXII.

1209. 22. April. St. Pölten. — ***Manegold, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Baumgartenberg den Weinzehent von dessen Weingärten auf dem Limberge.***

Innotescat omnibus christi fidelibus, quod ego *Manegold* dei gracia *Patauiensis* ecclesie Episcopus cum consensu chori mei dedi fratribus jn *Poumgartenberge* quandam decimam Vinearum in agro eo, qui vocatur *lymperg*, quem ipsi fratres antea in propria agricultura habuerunt absque omni jure decimacionis. Futurum ergo precauentes timorem volumus ac districte precipimus, ne aliquis Parrochianus vel officialis noster infestet eos, sed agrum supra scriptum cum decimis suis, sicut sub quieta possessione usque ad nos perduxerunt,

Digitized by Google

jta cum omni tranquillitate de cetero eum possideant. Et ut ista nostra indulgencia rata atque inconuulsa teneatur, cartam hanc Sigilli nostri inpressione testiumque conscripcione munirj fecimus. Testes *Sigehardus Archipresbiter et Prepositus sancti Ypoliti, Otto Prepositus Sancti Floriani, Vlricus patauiensis cellerarius, Hainricus de Mistelbach plebanus et patauiensis Canonicus, Harttmannus eiusdem ecclesie Canonicus, Vlricus decanus de Sancta Agatha, Manegoldus de Schonenbuhele, Hainricus de wismannesdorf, Marquardus trapezita de Sancto Ypolito* et multi alij.

Datum apud *Sanctum Ypolitum* Anno ab jncarnacione domini M. CC. IX Indiccione duodecima, Anno pontificatus nostri quarto, decimo Kalendas May.

Aus einem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CCCLXIII.

1209. 6. Juli. Grammastetten. — *Manegold, Bischof von Passau, bestätigt einen Tausch zwischen dem Passauer Canoniker Tiemo und Rudeger Biber.*

Manigoldus dei gratia *Patauiensis ecclesie episcopus* cunctis Christi fidelibus salutem in eo, qui est salus et vita. Cum labilis est memoria hominum, ideo ea, que coram nobis fuerint contractu uel quoquam pactu de consensu partium terminata, scripturae conuenit Aminiculo perennari, ne per diurnitatem siue longinquitatem temporis ea, que bene ac rite secundum voluntatem contrahentium peracta siue diffinita sunt, in dubium valeant reuocari. Nouerit itaque presens etas ac posteritas successura, quod dilectus in Christo frater noster *Timo canonicus ecclesie Patauiensis* cum *ruedego milite*, qui uulgo *biber* cognominatur, et domina *benedicta vxore sua* conuenit, ut huebam, quam habebant in *pinphingen*, aliam huebam in *otherbach* et quartam partem huebe in *Ruite* sibi venderent pro certa pecunie quantitate, libris videlicet quadraginta, qua conuentione facta supradictus frater noster Timo, per procuratorem etiam dictus Ruedigerus cum vxore sua prenotata nostram presentiam adierunt, qui quemadmodum antea inter ipsos conuenerant, sic coram nobis postmodum venditio est solempniter celebrata et possessio supradictorum prediorum pura et libera ab omni aduocato ac iure aduocatie, quemadmodum penes ipsos fuerat, emptori est tradita ac assignata. Insuper sciendum est, quod inter contrahentes, scilicet emptorem et venditores tempore venditionis sic conuenit, vt, si ipse Ruedigerus biber uel vxor eius sepe

Digitized by Google

nominata aut heres uel heredes ex quocumque latere siue linea procedentes venditionem iam dictam infringere attemptauerint et forte iudicio uel alio quoquam casu per ipsos venditio dissoluta fuerit, predia sepedicta Thimo aut ille, ad quem ea transmiserit donando siue vendendo uel quocumque alio modo, pro ducentis libris monete patauiensis habeat obligata. Preterea sciendum est, quod sepedictus frater noster Thimo videlicet hubas supradictas in manus nostras tradidit siue tradi mandauit quodam iure speciali ac conswetudinario, quod Sale wlgariter appellatur. Testes autem huius facti sunt *chalhohus, otto canonici, Magister heinricus de wite, Magister christianus notarius, Marquardus de aspach, Reinbertus de asparn, bertoldus de almesuelde, Hainricus Tekkingere, Chunradus planchinberc, Johanes de grimarstetin, Hartnidus de scowenberc, Sighardus de sancto vito, Merboto frisacensis, Hainricus sweuus* clerici; layci *Golo de Chuechenpach et frater eius hainricus, Witigo de planchinberc, Albero gnesse cum duobus filiis suis alberto et Alberone, Arnoldus de Haselberch, Hainricus de esilberch, Rudigerus pincerna, Otto de Mvnichen, Pabo Chehelrine, Engilgerus dispensator, wernherus de winisperch, Rupertus stal, Chvnradus de houe, Chunradus Marschalcus de Schoneberch, Hainricus de tobel et gener suus fridericus, Hehelo de bochesrukke et filii sui Hainricus et dyetmarus, Hainricus de Rotenuelse cum filio suo levtoldo et wernhardo, pillungus de planchenwerch, Aurwicus de vischpach cum filio suo chvnrado, Hainricus de sancto vdalrico et frater eius Siboto, Dyetricus de sancto Johanne cum filio suo chvnrado* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M.CC. nono, II. Nonas Julii in villa, que wlgo *grimarstetin* appellatur, Anno pontificatus nostri IIII.

Mon. boic. XXIX. II. 280.

CCCLXIV.

1209. Landshut. — *Ludwig, Herzog von Baiern, bestätigt alle Schenkungen seiner Ministerialen an das Kloster St. Florian.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Lvdwicus* dei gratia *Dux Bawarie.* Sicut gloria, quam eternorum munerum largitor pro operibus meritoriis retribuit in patria, nullo fine clauditur, ita ea, que ob ipsam adipiscendam a christi fidelibus fiunt in uia, perpetuo robore stabiliri et uenture etatis conuenit memorie commendari, ne, quod

Digitized by Google

pro eterna mercede christiana agit denocio in tempore. processus temporis ab hominum faciat elabi memoria. Hinc est, quod fide presentis instrumenti ad uniuersorum tam presencium quam futurorum transmittimus noticiam, quod nos ob diuine remuneracionis obtentum ad peticionem quoque domni et amici nostri *Wolfkeri sancte Aquilegensis ecclesie uenerabilis Patriarche* et *Ottonis prepositi ecclesie sancti floriani martiris* in nostris possessionibus id iuris conferimus, ut quicumque ministerialium nostrorum, qui in eadem degunt prouincia, pro remediis animarum suarum de possessionibus, quas sub nostra aut regali iurisdicione detinent, eidem ecclesie in testamento contulerit actenus aut in futurum collaturus sit, liceat preposito et fratribus suis eas nostre concessionis tytulo perpetuo iure possidere ita, ut ipsis proprietas nobis uero in eisdem bonis aduocatia remaneat nulli tamen infeodanda a nobis sed sine utilitate defendenda. Nam omnes utiles iusticias in eisdem aduocaciis ipsi ecclesie condonamus.

Ne igitur huiusmodi possessionibus tamquam ad regni proprietatem pertinentibus predicta ecclesia aliquam in posterum paciatur uexacionem, omnes regalium prediorum tradiciones ipsis faciendas approbamus et factas confirmamus hanc nostre concessionis paginam ipsis conferentes in perpetuum, que, ut sempiterno firma robore in euum inconcussa permaneat, sigilli nostri inpressione fecimus insigniri et subscriptis testibus communiri.

Wolfkerus Aquilegiensis Patriarcha, Gebhardus Tergestinus episcopus, Heinricus archidyaconus Aquilegiensis, Vlricus uicedominus Ducis, Fridericus de Prukperch, Geroldus notarius, Heinricus de Mosn prepositus sancti Johannis, clerici. *Comes Meinhardus de Gortza, Comes Vlricus de Eppan. Comes Livpoldus de Pogen* clericus, *Comes Chvnradus de Mosburch, Comes Sifridus de Livbnowe, Dietpoldus filius Langrauii de Levkenperge.* Preterea liberi: *Chunradus de Horbach, Chalhohus de chirchperch, Otto de ror, Perhtoldus de Sibolsdorf, Pilgrimus de Mosn, Alber de prukberch, Vlricus de Valkenberc.*

Data aput *Landeshuote.* Anno domini MCCVIIII. per manus *Geroldi notarii.*

Aus einem Codex des 13. Jahrhunderts, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 278.

Digitized by Google

CCCLXV.

1209. Landshut. — *Ludwig, Herzog von Baiern, bestätigt dem Kloster St. Florian den Bezug von 150 Fudern Salz aus der Saline von Hall (Reichenhall), welche Adelram von Perge seiner Zeit demselben geschenkt hat.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Lvdwicus* dei gratia *dux bawarie*. Omnis donatio perpetua firmitudine roborabitur, si memorie hominum suffragantibus litteris demonstrata declarabitur. Hinc est, quod tam presentium quam futurorum etati in cognitionem deducimus, quod illustris aduocatus *Alrammus de Perge* contulit religiosis fratribus de *domo* sancti floriani martyris de salina, quam in *halle* hereditaria successione possidebat, centum quinquaginta karratas annua recursione soluendas, de quibus coquina memorati Alrammi aduocati annuatim salis emolumentum capiebat. Cum uero portio hereditatis deuoluta esset ad *lancrauium de Liuchenberge* dilectum fidelem nostrum *Diepoldum* postulatione uxoris sue et ab ipso lancrauio ad nos deuenisset, nos eandem portionem pignore obligauimus illustribus comitibus de plaien sic tamen, ne predictis fratribus de *domo sancti floriani* preiudicaret huiusmodi sepe facta mutatio immo ipsi nichilominus semper suo iure gauderent. Et ideo ne eis preiuditium in salina illa irrogetur, presentem paginam in perenne testimonium sub sigilli nostri munimine roboratam illis statuimus conferendam. Hvius protestationis testes sunt: *Aquilegensis patriarcha Wolfkerus, Gebehart tergestinus episcopus, Vlricus uicedomnus, Comes Meinhardus de Goricia, Comes Vlricus de Eppan, Comes Chůnradus de Mosburc. Comes Sifridus de liubenowwe, Chůnradus de horbah, Chalhohus de chirchperch, Perhtoldus de Siboltsdorf, Albero de Pruckberc.*

Facta est hec Protestatio apud *Lantshůte*. Anno MCCVIIII.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters St. Florian. — Hormayr, Über die Monumenta boica, pag. 58. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 277.

CCCLXVI.

1209. — *Manegold, Bischof von Passau, bestätigt alle Rechte und Freiheiten des von Chalhoch von Valkenstein gestifteten Cistercienser-Klosters zu Schlägl.*

IN nomine Sancte et indiuidue trinitatis *Manegoldus* Dei gratia *patauiensis episcopus* in perpetuum. In arduo pontificalis dignitatis

Digitized by Google

culmine diuina fauente clementia constituti sollicite pensare debemus, qualiter a cunctis, qui sub nostro sunt regimine, per legitimos tramites omnium calumpniantium iniquitates propulsare ualeamus, ut, quemadmodum patres censemur nomine, ita in opere comprobemur. Nouerit itaque uniuersorum tam presentium quam futurorum caritas, quod strenuus uir *Chalhohus in valchensteine* monasterium sancte Marie sub regula ordinis cisterciensis in loco, qui dicitur *Slage*, pro remedio animarum sue et parentum ipsius fundauit fundum eiusdem monasterii beato Stephano in patauia libere contradendo. Nos igitur ad iustam postulationem domini *Theoderici uenerabilis abbatis dicte ecclesie*, cui in ordinatione sua manum imposuimus, idem monasterium sub nostra perpetua protectione suscipimus omnes libertates et inmunitates a romanis pontificibus ordini cisterciensi concessas nec non libertates, exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter eisdem fratribus indultas nostra eis auctoritate confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuimus itaque, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum nostra seu aliorum pontificum concessione, regum uel principum largitione, fidelium oblatione seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant. Sane labore fratrum inibi degentium, quos propriis manibus aut sumptibus colunt, tam de terris cultis quam incultis, siue de ortis siue de nutrimentis animalium nullus decimas exigere uel extorquere presumat. Cuilibet etiam saluo iure plebani sui liceat auctoritate nostra suam in prefato monasterio disponere sepulturam. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere uel temerariis uexationibus fatigare, sed et omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentacione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam cognoscens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum

Digitized by Google

bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Huius rei testes sunt: *Heinricus decanus, Haertnidus prepositus aquilegiensis, Chalhohus archidiaconus, Chunradvs maior plebanus, Gotfridus, Tiemo, Heinricus cell, vlricus Schobrius, Liutoldus de Sauirsteten, Otto et Chunradus de Haichenpach, Hadmarus de wesen, Heinricus de Morspach, Waltherus de Tanneberch, Ainwicus de vischpach, Heinricus de Cherphensteine, Hezil de Pochsruke, Richkerus de Ebergozesperge et frater eius.* Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC. VIIII. Indictione XII. Anno pontificatus nostri IIII. Regnante *Romanorum rege* semper augusto *Ottone* IIII.

Mon. boic. XXVIII. II. 131 ex cod. patav.

CCCLXVII.

1210. 4. Februar. Lateran. — *Auftrag des Papstes Innocenz III. an einige Kleriker der Regensburger Diöcese, den Streit zwischen dem Passauer Archidiacon und dem Kloster Ranshofen wegen der Gerichtsbarkeit über einige Pfarrer zu untersuchen und zu entscheiden.*

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dej Dilectis filijs R. scholastico maioris Ecclesiæ, . . de Chyrbe et . . de Horbach plebanis Ratisbonensibus salutem et Apostolicam Benedictionem. Sua nobis Præpositus et Conuentus de Ranshouen conquestione monstrauit, quod C. Archidiaconus Patauiensis super Jurisdictione visitationis et procurationis quorundam plebanorum pertinentium ad eosdem contra antiquam et approbatam consuetudinem et rebus alijs grauiter iniurietur eisdem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica Scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita decernatis facientes, quod decreueritis, per Censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, cogatis censura simili appellatione remota veritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur. Datum Laterani II. Non. Febr., Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Aus einem Copialbuche auf Papier von 1683, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

Digitized by Google

CCCLXVIII.

1210. 23. Juli. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, schlichtet einen Streit zwischen dem Abte Rudolf von Kremsmünster und Ortolf, dem Pfarrer zu Kematen, über Zehnten zu Achleiten.*

Manegoldus dei gracia Patauiensis episcopus uniuersis presentem paginam inspicientibus in uero salutari salutem. Nouerit uniuersorum tam presencium quam futurorum caritas, quod cum *Ortolfus* plebanus de *Chemnaten* obtinuisset ab ecclesia in *Chremsmvnster* quandam decimam in *Achliten* hoc pacto, ut post mortem suam omne feodum, quod a dicta ecclesia in feodo possidet, ipsi ecclesie libere uacaret et absolute; et cum postea in ipsa pactione nutasset, conuentus coram nobis super hoc a uenerabili fratre domino *Rudolfo* abbate in Chremsmvnster dictam sponsionem in presentia nostri et aliorum honestorum uirorum ratihabicione legittima solidauit; Insuper data fide promisit, ut si ecclesia in *Chremsmvnster* aliquod impedimentum a fratribus dicti Or. super ipsis feodis paciatur, studeat coram nobis et duce Austrie ipsum totis uiribus uacare. Huius rei testes sunt: *Abbas in Glvnich*, *Chvnradus* maior plebanus, *Heinricus de Petenbach* archydyaconus, *Hartmannus* prepositus *yndicensis*, *Magister Heinricus de witen*, *Pernhardus* et *Reinhardus* monachi. C. Acta sunt hec Patauie in castro nostro Ort anno ab incarnacione domini M° CC° X° Indictione xiij. x. Kal. Augusti, anno pontificatus nostri V.

Aus dem Cod. Frideric. im Archive des Kl. Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 65, Nro. 52.

CCCLXIX.

1210. Wien. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleihet dem Kloster Formbach die Zollfreiheit bei den Zollstätten an der Donau, insbesondere das Recht: „der Fürfarth" bei Enns.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Livpoldus* dei gratia *dux austrie ac Styrie* omnibus, ad quos scripta presentia peruenerint, Salutis et dilectionis perpetuam integritatem. Vniversitatis uestre nouerit experientia, quod nos pro remedio animarum parentum nostrorum et pro salute et incolomitate nostra et liberorum nostrorum *formbacensi cenobio* liberum et absolutum omnium rerum suarum super danubium ascensum absque omni teloneario iure concessimus. Transitum etiam, quod in uulgari dicitur uüruart, apud *anesvm* eidem

Digitized by Google

cenobio perpetualiter indulgemus. vt autem huius nostre traditionis auctoritas perenniter et inconuulsa permaneat, presentem paginam sigillo nostro communitam domino *Ortolfo ejusdem loci abbati* suisque successoribus perpetuo conseruandam porreximus. Huius actionis hii sunt testes: *Hadmarus de Kunringen, Wikhardus dapifer, Wighardus de Cebingen, Vlricus Strune, Heinricus de Tumbenovve, Heinricus dapifer de Prune, Livpoldus pincerna, Hugo de Rastenberc, Ortolfus de Winkele, Vlricus Esel, adelolt et frater eius Otto de Kiowe, Marchwardus de Himberc, Pilgrimus de Swarzenowe, Dietericus de Wiena, Gotfridus camerarius, Cunradus Sceuus* et alii quam plures. Data *in foro nostro Wiene* anno Millesimo CC. X.

Hormayr, Geschichte Wiens, Bd. I. Heft III, pag. 49.

CCCLXX.

Circa 1210. — *Übereinkunft zwischen dem Kloster Götweig und Baumgartenberg über die Weinzehente auf dem Limberg innerhalb der Pfarre Krems.*

Ego *Wezelinus* Abbas dei gracia Ecclesie *Kotwicensis* et totus conuentus Constare volumus omnibus nostre posteritatis hominibus, quod de communi consilio cum Abbate et confratribus de *pawngartenperg* conuenimus, quod pro decimis vini, quas de duodecim Jugeribus in monte *limperch* jnfra limites parrochie *chrems* annuatim persoluere deberent, pensionem vnius talenti annuatim jn festo Sancti Martini persoluant. Vt ergo tam nobis quam ipsis pactum huius rei ratum habeatur in Successionibus nostris pro memoriali Cartulam istam conscribsimus et Sigilli vtriusque partis inpressione pro certitudine Rei muniuimus.

Aus einem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511

CCCLXXI.

Circa 1210. — *Vergleich zwischen dem Propste Heinrich von St. Nikola und Ortolf von Grieskirchen wegen eines Zehents in dieser Pfarre.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus presentis et futuri temporis filijs, qualiter lis, qui (sic) inter canonicos *s. Nycolai* et dominum *Ortolfum de Griezchirchen* fuit pro decima quadam terminata est. Predictus *Ortolfus* in parrochia *Griezchirchen* decimacionem sue agriculture a multis temporibus in sua tenuit

Digitized by Google

potestate nullum huius vsurpacionis ad prefatos canonicos habens respectum. Tandem cum dominus *Heinricus Salzburgensis* canonicus ad regimen monasterij *sancti Nycolai* constitutus fuit, iam dictus *Ortolfus* super tam iniusta possessione a prenominato preposito sepius est commonitus, cuius ammonicione compunctus ad consensum boni consilii inclinatus (est) Pretaxatam itaque decimacionem idem *Ortolfus* in manum domini *Heinrici* prepositi resignauit, quam ipse ad tempus vite sue non iure beneficij sed iure amicicie a preposito accepit. Insuper tradidit sepedictus *Ortolfus* beato Nycolao et Canonicis eiusdem loci predium nomine *Tegerbach*, quod conparauit a *Manegoldo* X. talenta (sic), quod nullo iure nec uxori sue nec filijs attinebat, pro remedio anime sue ipsumque predium in beneficium a manu prepositi recepit ad tempus vite sue ea lege, ut singulis annis V. nummos ad altare sancti Nycolai deferat et ipso ex hac uita decedente et supra scripta decimacio et iam dictum predium in usum s. Nycolai et canonicorum ipsius loci redeat. Instabat etiam tunc tempus, quod dominus prepositus romam pro necessitate loci et in seruicio episcopi ire debuit, qui cum expensas itinerarias ex dominicalibus suis habere non posset, ex consilio tocius congregacionis a supra dicto *Ortolfo* mutuo accepit X talenta *Ratisponensis* monete et VI. *ensensis* monete hoc pacto, ut in natiuitate sancte Marie *ensarios* sibi reddat et in festo s. Martini *Ratisponenses*. Inseruit eciam idem miles huic conuencioni, ut si ipse infra prescriptum spacium ex hac uita decederet, idem debitum pro anima sua sic partiretur; V. talenta *ratisponensis* (monete) fratribus *s. Nycolai*, tria canonicis maioris ecclesie, duo pauperibus ad sanctum Egidium, *ensensium* duo talenta ad *Willehringen*, ad duo altaria in ecclesia *Griezchirchen* duo talenta, ut per hec utilitas illius ecclesie secundum consilium prepositi *s. Nycolai* et fratrum suorum disponatur, reliqua duo in potestate sint domini prepositi danda pro redempcione anime sue. Huius rei testes sunt *Otto ameiz, Erchenger de Uahtersheim, Hecelo de tegerbach Milites domini Ortolfi Engelbertus, Wasigrim, Chunrat de Awe, Poru de tolet, Irnfridus de cherbach, Dietmar et Gezman et frater eius Dietmarus de cherbach* et alii quam plures, *Walther, Syboto, Diemar, Erchenger, Chunrat pictor, Wizman et filij eius Perchtolt, Pernolt, Perchtolt.*

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. Hofbibliothek zu München. — Mon. boic. IV. pag. 318.

Digitized by Google

CCCLXXII.

1211. 28. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, bestätigt den Vertrag, welchen der Propst Hartnit von Aquileja, Ulrich, Domherr von Passau, Ulrich von Natternbach und Wilhelm von Gallspach zwischen den Pfarrern zu Natternbach und Peuerbach vermittelt hatten.*

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. *Manegoldus* dei gratia *Patauiensis episcopus* salutem in perpetuum. Qvoniam memoria hominum labilis est nec turbe rerum sufficit, necesse est facta hominum autentica scripture beneficio communiri. Ea propter nouerit vniuersorum tam futurorum quam presentium caritas, quod, cum *ecclesia in Nordernpach* haberet quandam dotem infra terminos *parrochie Piwerbach* sitam in loco, qui dicitur *Edelinspach*, et e conuerso *ecclesia in Piwerbach* haberet quandam dotem infra terminos parrochie Nordernpach sitam in loco, qui dicitur *Trostlinspach*, inter ipsas ecclesias concambium est mediantibus arbitris *Hartnido Aquilegiensi preposito* et *Ulrico custode canonicis patauiensibus* et duobus militibus *volrico de Nordernpach* et *Willehalmo de Geilspach* sub hoc pacto rationabiliter celebratum, ut ecclesia in Nordernbach hanc sibi pro dote in perpetuum memoratum predium, quod prius ecclesie in Piwerbach dotaliter attinebat, superadditis sibi ab ecclesia in Piwerbach tribus libris propter dotium inequalitatem. Ecclesia autem in Piwerbach habeat iure proprietatis pro dote in perpetuum predictum predium infra terminos suos positum, quod prius ecclesie in Nordernbach dotaliter attinebat. Ut igitur hec permutatio, que utrique ecclesiarum utilis est, stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina sigillo nostro appensa et subscriptis testibus perpetualiter communimus. Huius rei testes sunt *Gebehardus comes, Otto Biberlinus, Engelschalcus oblaicus canonici* patauienses, *Christanus notarius, Manegoldus de Aheim et Heinricus frater suus, Liutoldus de Sauerstetin, Otto de Haichenpach* ministeriales, *Heinricus frater custodis, Meinhardus, Heinricus, Ulricus* et alii quam plures. Acta sunt hec *Patauie in domo volrici custodis* Kalendas Februarii V. anno ab incarnatione domini M. CC. XI. Indictione XIIII. Anno Pontificatus nostri sexto, Regnante *Ottone* IIII. *Romanorum imperatore* et semper Augusto. Anno imperii sui II. Consentientibus *Normanno plebano in Nordernbach* et *walthero plebano in Piwerbach.*

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 138. ex cod. patav.

Digitized by Google

CCCLXXIII.

1211. 12. November. Regensburg. — *Ausspruch der von Papst Innocenz III. Bevollmächtigten, dass dem Passauer-Erzpriester das Recht der Gerichtsbarkeit in der Pfarre Ranshofen nicht zusteche.*

In nomine dominj. Ego Henricus Abbas de Průl et Ego Gerungus Præpositus de Osterhouen et Ego Rudpertus Ratisponensis Ecclesiæ scholasticus ex delegatione Sedis Apostolicæ de causa, quæ uertitur inter Præpositum de Ranshouen ex una parte et Chunradum Archidiaconum Patauiensem ex altera super Archidiaconali Jurisdictione in Parochia dictæ Præpositurae exercenda uel non, cognoscentes, sicut potuimus, ueritatem perscrutati sumus et quia dictus Archidiaconus peremptorie a Nobis citatus nec venit nec causæ suæ defensorem misit, Priuilegium Sedis Apostolicæ, quo dictus Præpositus Ecclesiam suam munitam esse dicebat, legentes inuenimus in eo contineri, quod nullus in Parochia sæpedictæ Præpositurae Jurisdictionem aliquam debeat exercere præter Archiepiscopum et Diocesanum Episcopum et eiusdem loci Præpositum, Vnde manifeste apparet, quod Archidiaconus sit exclusus. Quam ob rem auctoritate, qua fungimur, sententiantes Præpositum Ranshouiensem et totam eius Parochiam ab impetitione dicti Archidiaconi absoluimus et ab omni Archidiaconali Jurisdictione iuxta intentionem et concessionem factam a Coelestino Papa eam cum Capellis in Priuilegio denominatis exemptam esse iudicantes Statuimus, ne uel ipse uel aliquis Successorum suorum Archidiaconorum contra Tenorem illius Priuilegij aliquam in Territorio Ranshouiensis Præpositurae et eius Parochia cum Capellis in Priuilegio denominatis Archidiaconalem Jurisdictionem debeat exercere. Datum Ratisponæ in maiori Ecclesia Sancti Petrj. Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XI. Idus Nouembris.

Aus der Original-Urkunde ddo. Passau 10. Juni 1261, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCLXXIV.

1212. 11. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, erklärt, dass der bischöflich passauische Archidiacon in den Pfarren des Stiftes Ranshofen keine Gerichtsbarkeit ausüben dürfe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Manegoldus* dei gracia *patauiensis* episcopus imperpetuum. Quum memoria hominum labilis

Digitized by Google

est nec turbę rerum sufficit, necesse est, ut, quicquic (sic) celebratur uerborum suffragio, scripture beneficio inperpetuum muniatur. Proin nouerint uniuersi tam posteri quam presentes, quod nos causam, que uertebatur inter *wichardum* prepositum de *ranshouen* ex una parte et *Chůnradum* archidiaconum ex altera parte super archidiaconali iure in parrochia dicte prepositurę exercendo uel non, sicut potuimus, ueritatem perserutati sumus. Priuilegium itaque sedis apostolicę, quo dictus prepositus ecclesiam suam munitam esse dicebat, legentes inuenimus in eo contineri, quod nullus in parrochia sepedicte prepositurę iurisditionem aliquam debeat exercere preter archiepiscopum et diocesanum episcopum et ipsius loci prepositum, vnde prepositus predictus sepedictam parrochiam ab archidiaconali iurisditione gaudebat exemptam, archidiacono contradicente, et quasdam cappellas uel ecclesias ad sui iurisditionem attrahere nitente. Ad finiendam itaque longam hanc controuersiam et ad firmandam Ranshouiensi ecclesię perpetuam libertatem ab omni archidiaconali iurisditione, nos de consilio et consensu chori statuimus, ut dicta parrochia in *ranshouen* cum ecclesiis siue capellis ad ipsam pertinentibus infra suos terminos constitutis libera sit ab omni iurisditione archidiaconali ita uidelicet, ut prepositus loci illius tantum ed episcopum diocesanum pro se et suis sacerdotibus in predictis ecclesiis siue capellis ministrantibus habeat respectum et in nullo archidiacono teneatur. Vt autem hec nostra constitutio circa dictam parrochiam stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti priuilegio et subscriptis testibus conmunimus. Huius rei testes sunt *Eberhardus maior prepositus, Heinricus decanus, Hartnidus aquileigensis prepositus, Otto prepositus de sancto floriano, Chunradus maior plebanus, Heinricus de petenbach archidiaconus, Ovlricus custos, Otto biber cellarius, Gebhardus comes, Eberhardus de jahensdorf canonicus, Chunradus scriba, Magister Christanus notarius, magister Albertus, Anshelmus, Heinricus de zwentendorf cappellanj, Manegoldus et Heinricus de aheim, Leutoldus de sauersteten, Amilbertus de eiglinge, Meinhardus de můrringe, Otto de jahensdorf, Růdgerus de sůntheim, Otto de můnecheim.* Acta sunt hec *patauie* in capitulo nostro anno dominice incarnationis M° CC° XII° indictione XV^a^ idus ianuarij III° Anno pontificatus nostri VI°

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im bischöflichen Consistorial-Archive zu Linz. — Mon. boic. III. 328.

Digitized by Google

CCCLXXV.

1212. 24. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, bestimmt die Grenzen einer durch Gundakar von Steyr zu errichten beabsichtigten Pfarre und schenkt ihr den Zehent der Neugereute um Wildberg.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Mangoldus* dei gratia *patauiensis* episcopus inperpetuum. Cum scripture beneficium unicum sit solatium ad perpetuanda facta mortalium, inde est, quod fide presentis scripti memorie committimus hominum tam presentium quam futurorum, quod cum nobilis uir *Gundaforus de Styria* culture exposuisset nemus situm circa *Wiltperch*, petebat a nobis cum instantia, ut decime Noualium, si que ibi excolerentur, et fundum ecclesie, si quam ibi construeret, quod intendit, ipsi in feodo conferremus; petiuit etiam, ut limites et metas, antequam conferremus ipsi in feodo, specificaremus. Limites uero et mete noualium nemoris, ad Castrum Wiltperch pertinentis nominatim hoc modo cognoscuntur et initiantur. Superiori enim loco *Teisching* nominato a trunco quercus fixo usque in *Chéntprvnne*, a *Chüntprunne* usque in paludem, qui *uiltzmos* dicitur, ab ipsa palude per medium *Greblich* vsque ad uiam, que *schefecke* dicitur; de ueteri uia *Schefecke* deorsum usque ad riuulum, qui *Roetel* dicitur; de ipso riuulo de cetero sursum usque in *Wilantestanne* finiuntur. Hec finite inter Castrum *Wassenberch* et Castrum *Wiltperch* specificant siti nemoris proprietatem. Secunda uero parte Castri *Wiltperch* antiqua uia, que *Saumwech* dicitur, uersus boemiam directa specificat proprietatem nemoris, quam dominus *Gundackarus de Styria* sibi suisque heredibus petit in feodum conferri. Nos igitur consideratis multis seruitiis, que idem G. unacum patre suo nostre frequenter ecclesie fideliter exhibuit, annuimus peticioni sue et ius fundi in ecclesia construenda ibidem cum duabus partibus decime et nemus prenominatum infra terminos specificatos sibi et suis heredibus contulimus in feodo, tercia parte decime ipsi ecclesie, dum constructa fuerit, assignanda. Vt autem hec donatio sibi et heredibus suis in perpetuum stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina, sigillo nostro appensa et subscriptis testibus firmiter conmunimus. Huius rei testes sunt, *Harnidus* (sic) *aquilegensis prepositus*, *Chunradus maior plebanus*, *Gotefridus Archipresbiter*, *Vlricus custos*, *Heinricus de Petenbach*, *Hartmannus yndicensis prepositus*, Canonici *patavienses*; *Christannus* notarius, *Chunradus* scriba-capellani.

Digitized by Google

Heinricus de Lonstorf, Hademarus de Wesen, Otto de Heichenbach, Otto de Walde, Livtoldus de Sauersteten, Heinricus de sancto Ypolito, Rudegerus de Suntheim, Sifridus de Griffensteine, Chunradus de Isowe, Heinricus de Issenstorf, Chunradus de Hohenstouffe, Chunradus de Ramusteine et alii quam plures. Acta sunt hec *Patavie* in capella nostra Anno dominice incarnationis M° CC° XII° indictione XV° Anno pontificatus *Innocentii* III. pape XIIII°, Regnante *Ottone* IIII° Romanorum imperatore et semper avgusto Anno imperii sui III° Pontificatus nostri anno VI. Kalendas Februarii VIIII° (sic).

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 498. — Mon. boic. XXIX. II. 71.

CCCLXXVI.

1212. 24. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, verleiht die Zehente von den Neugereuten in der Herrschaft Wildberg dem Gundachar von Steyr für die von ihm zu erbauen beabsichtigte neue Kirche (zu Zwettl).*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Manegoldus* dei gratia *patauiensis* episcopus in perpetuum. Cum scripture beneficium unicum sit solatium ad perpetuanda facta mortalium, inde est, quod fide presentis scripti memorię committimus hominum tam presentium quam futurorum, quod cum nobilis uir *Gundaforus de Styria* culture exposuisset nemus, situm circa *Wiltperc*, petebat a nobis cum instantia, ut decima Noualium, si qua (?) ibi excolerentur (sic) et fundum ecclesie, si quam ibi construeret, quod intendit, ipsi in feodo conferremus.

Nos igitur consideratis multis seruitiis, que idem G. unacum patre suo nostre frequenter ecclesie fideliter exhibuit, annuimus petitioni sue et ius fundi in ecclesia construenda ibidem cum duabus partibus decime sibi et suis heredibus contulimus in feodo, tertia parte decime ipsi ecclesie, dum constructa fuerit, assignanda. Ut autem hec donatio sibi et heredibus suis in perpetuum stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina sigillo nostro appensa et subscriptis testibus firmiter communimus. Huius rei testes sunt *Hartnidus Aquilegensis prepositus, Chunradus maior plebanus, Gotefridus archipresbiter, Vlricus custos, Heinricus de Pettenbach, Hartmannus yndicensis prepositus*, canonici patauienses, *Christanus notarius, Chunradus scriba*, capellani. *Heinricus de Lonstorf, Hademarus*

Digitized by Google

de Wesen, Otto de Heichenbach, Otto de Walde, Livtoldus de Sauersteten, Heinricus de sancto Ypolito, Rvdgerus de Suntheim, Sifridus de Griffensteine, Chunradus de Issowe, Heinricus de Issenstorf, Chunradus de Hohenstouffe, Chunradus de Ramnsteine, et alii quam plures. Acta sunt hec *Patavie* in capella nostra Anno dominice incarnationis M°CC°XII° indictione XV. Anno pontificatus Innocentii III. pape XIIII° Regnante *Ottone* IIII° Romanorum imperatore et semper augusto, Anno imperii sui III. Pontificatus nostri anno VI. Kalendas Februarii VIIII.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 497.

CCCLXXVII.

1212. 22. April. Ens. — *Leopold's VII., Herzogs von Österreich, Stadtrecht für die Stadt Ens.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus* dei gracia dux *austrie* et *styrie*, uniuersis fidelibus tam presentibus quam futuris in domino salutem in perpetuum. Gloria principum latius uberiusque per pacem et quietem subditorum elucescit, quando fama clementie et diligentia protectionis eorum extenditur in posteros. Salutem quoque merentur a domino cum eos, quibus presunt bonis et honestis consuetudinibus et institutis ab enormitatibus, quibus non solum corpora sed et anime perduntur, cohibent et ad iusticie tramitem conuersationemque bonam et cuilibet proximoque suo utilem iuris seueritate perducunt. Hinc est, quod nos *ciuium nostrorum anasensium* deuotionem peticionemque affectuosam pia animaduertentes consideratione donauimus ipsis ac posteris eorum et *iuxta consilium* et ammonitionem *fidelium ac ministerialium nostrorum* perpetua statuimus donatione iura, per que clementer eorundem prouidimus paci ac tranquillitati. Statuimus ergo, quod si aliquis ciuium quemquam occidat, si habet ualens triginta talenta super terram de bonis inmobilibus infra fossatum et ambitum ciuitatis, non indigebit fideiussore aliquo pro se, sed uocabitur ad iudicium tribus uicibus, et si uocatus uenerit et confiteatur, se illum occidisse, uitam suam uix (sic) defendendo, probet hoc cum septem domesticis, qui credibiles homines esse dicantur, et si reus appareat, iudicetur de ipso, sicut iustum fuerit, si uero securus (sic) appareat, liber sit a potestate iudicii. Si uero legitimis ter uocatus induciis non uenerit, iudex eum proscriptum

Digitized by Google

pronuntiet et due partes bonorum suorum sint in potestate uxoris et liberorum, tercia pars in potestate iudicis. Si non habeat uxorem uel pueros, antequam in proscriptionem deueniat, disponat de illis duabus partibus, qualitercumque uelit. Si decesserit antequam in proscriptionem ueniat ita, quod de rebus suis nichil disponat, due partes bonorum suorum reseruentur annum et diem et si infra terminum illum aliquis ueniat, cui reddere debeat, de bonis illis sibi reddatur, dummodo hoc probare possit, quod ille, qui mortuus est, debitor suus extiterit. Quicquid autem ultra debitum remaneat, pro anima ipsius impendatur. Si autem non habet nec potest ostendere ualens triginta talenta talium bonorum, ut supra dictum est, et tamen fideiussorem pro se inuenire poterit, ille fideiussor fideiubeat pro eo et eum recipiat super uitam propriam. Sed si fideiussorem habere non poterit, iudex captiuum ducat eum, donec iudicet de ipso, sicut iustum fuerit. Quicquid autem sit de bonis homicide, si in opere et manufacto deprehensus fuerit, statim de ipso secundum iusticiam conuicto judicabitur. Si autem aliquis ciuium alicui amputauerit manum uel pedem uel oculum uel nasum uel aliquod tale membrum, judici pro pena det decem talenta, illi, qui dampnum recepit, totidem. Si vero is, qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, iudicetur de ipso secundum legem, oculum pro oculo, manum pro manu et sic de ceteris membris, sin autem probet innocentiam suam secundum, quod pax est instituta. Si autem quis aliquem temerarie cecauerit, iudicio ducis reseruetur. Item quicumque alteri amputauerit digitum uel ita uulnerauerit, quod detrimentum membrorum patiatur, iudici det tria talenta, illi, qui dampnum pertulit, tria, si uero denarios habere non poterit, eodem modo puniatur uel expurget se secundum quod pax est instituta. Siquis autem aliquem uulnerauerit ita, quod uulneratus conualeat sine detrimento membrorum, iudici det duo talenta, uulnerato duo, si vero denarios habere non poterit, uerberetur et amittat crines et cutem coram iudicio non ibi, ubi fures uerberantur uel liberetur secundum quod pax est instituta. Si aliquis ciuium infra ambitum ciuitatis nocte se defendendo aliquem uel occiderit uel aliquo membrorum mutilauerit, probet hoc testimonio duorum uel plurium et sit liber a iudicio. Si autem talis casus in die occurrerit, expurget se testimonio septem credibilium uirorum. Si autem in campo euenerit, sufficiat sibi testimonium unius. Quicumque aliquem honestum uirum cedat fustibus, det iudici duo talenta, illi, qui dampnum recipit, duo

Digitized by Google

uel expurget se secundum quod pax est instituta. Si autem aliquis uerberet aliquem inhonestum, qui uerbis vel qualicumque indisciplina hoc erga ipsum meruerit, tantum iudici det unum talentum verberato vero nichil. Si aliquis alicui domestico uel honesto uiro percusserit alapam, iudici det unum talentum uerberato unum. Si autem seruienti uel alicui leuiori persone percusserit alapam, iudici det sexaginta denarios verberato sexaginta. Si autem is, qui alapam percussit, probabit, quod alter erga ipsum meruerit qualicumque indisciplina et idem, qui percussus fuerit, sit uir honestus, tantum iudici det unum talentum uerberato nichil. Si vero sit seruiens uel aliqua talis persona, iudici tantum det sexaginta denarios verberato nichil, si autem is, qui alapam recepit, sanquinolentus appareat et alter, qui eum percussit, testibus probare poterit, quod eum tantum manu percusserit, nichil inde nisi ut de simplici alapa judicabitur. Siquis vero seruum uel ancillam suam percusserit sine armis ita, quod sanquinolentus appareat, iudici propter hoc nullum dabit responsum. Statuimus etiam, quod quicumque uirginem uel mulierem honestam ui oppresserit uel rapuerit et illa testimonio duorum se proclamasse probauerit, ille iudicio ferri igniti se expurget, si autem ille se non expurgauerit, sententiam capitalem subibit. Si autem illa testimonio septem credibilium uirorum illum conuicerit, nulla sibi concedetur expurgatio sed predictam sententiam subibit. Si vero mulier aliqua communis conqueratur se ui oppressam, nemo respondebit iudici pro querimonia illius. Quicumque alteri dixerit fili meretricis, iudici dabit sexaginta denarios, de filio canicule tres solidos. Statuimus etiam, quod quicumque ciuium moriatur, si uxorem habet uel liberos, iudex nequaquam intromittat se de bonis uel de domo ipsius, sed si sint in potestate uxoris et liberorum. In arbitrio quoque sit uidue non nubere uel nubere, cuicumque uelit, quod dominus terre de hoc nichil facere habeat. Idem quoque statuimus de filia uel nepte cuiuslibet ciuium quod de uidua. Si vero is, qui moritur, non habet uxorem uel liberos, in ordinatione ipsius consistant bona sua. Quodsi decesserit absque testamento et ordinatione rerum suarum, bona sua sint proximi heredis sui, si idem heres locatus sit infra terminos ducis, si vero heres sit extraneus, bonorum suorum pars dimidia cedat in usum ducis reliqua sit heredis. Item statuimus, ut undecumque uenerit aduena, si moriens de rebus suis ordinauerit, rata maneat eius ordinatio, si vero moriens nichil ordinauerit, ciues custodiant bona defuncti annum

Digitized by Google

et diem, infra quod quidem spacium si aliquis uenerit, qui se heredem uel socium uel accreditorem legitime ostenderit, eidem absque contradictione assignentur bona defuncti, sin autem in potestate ducis sint bona illa, jn arbitrio quoque ducis sit, si aliquid pro anima illius uelit impendere, vbicumque autem aduena uelit sepeliri, liberum habeat arbitrium. Volumus etiam, ne aduena aliquod testimonium possit facere super ciuem neque ciuis super aduenam cum hiis, qui dicuntur Litchovffære, quin habeat alios honestos cum illis. Uolumus quoque, ut unicuique ciuium domus sua sit pro munitione et conmansionariis suis et cuilibet fugienti uel intranti domum. Quicumque ergo temeritatem illam siue inuasionem domus, que in uulgari heimsûche dicitur, exercuerit, cum domesticus inde querimoniam deponens eundem cum iuramento, quod in uulgari dicitur vorcit, ad hoc deducet, quod sibi respondere tenebitur, oportet, quod ipse suam probet innocentiam semet tercio ydoneorum uirorum (testimonio) uel iudicio aque vel ferri igniti ita, quod unum istorum sibi eligat et si ita se expurgabit, liber erit a iudicio; si vero se expurgare non poterit, iudici dabit quinque talenta domestico, cuius domum inuasit, quinque, si pecuniam non habuerit, manus ei amputabitur. Item statuimus, quod iudex non iudicet quemquam, nisi ille sit presens, qui deponat querimoniam super illum uel nisi iudex testibus probare possit talibus, qui non sint homines uel subditi sui, quod antea aliquis ei deposuerit querimoniam super illum. Preterea si aliquis faciat querimoniam de alio et ille, qui conqueritur postea uelit dissimulare occultam faciens conpositionem, que in uulgari dicitur halsŏne, iudex debet eum cogere, ut querimoniam suam prosequatur. Statuimus etiam, quod si aduena ciui uel ciuis extraneo aliquid uendat, et alter hoc pro bono recipiat, iudex nichil inde iudicet, quin alter eorum ei faciat querimoniam. Volumus etiam quod si aliquis intret ciuitatem, ut defendatur ab inimicis suis, si inimici sui eum uelint captiuare uel occidere in ciuitate Burgenses, qui ab inimicis eum liberauerint, non respondebunt iudici pro hoc facto, si etiam in defendendo illum inimicis propter inportunitatem ipsorum, ut in tali strepitu contingere solet, a burgensibus aliquod dampnum acciderit, burgenses luere non debent. Item si aliquis intret ciuitatem, ut ciuis officiatur, burgenses debent illum tueri ab omni uiolentia usque ad presentiam ducis. Statuimus, ut sex ydonei ciues iuramento confirment, quod disponant de mercatu et de uniuersis, que ad honorem et utilitatem ciuitatis pertinent, sicut melius

Digitized by Google

sciuerint, et quicquid idem in hoc agant et disponant, iudex non contradicat. Item si aliquis ciuium inculpetur, quod uel hospes suus uel amicus suus vel aliquis de familia sua de domo sua uel in domum suam aliquod maleficium perpetrauerit, si iuramento se in hoc inculpabilem ostenderit, liber sit, si non, iudici det tria talenta. Item burgensibus nostris donauimus, ut nullum eorum cogamus esse iudicem. Preterea statuimus et donauimus ipsis pro iure, ut quicumque ipsorum possit habere arma uel equum, habeat ita, quod dominus terre hoc ab ipsis non possit nec debeat petere, peticio namque dominorum pro mandato habetur. Ideo autem ab ipsis talia non sunt exigenda, ut ea ipsi ad usum et necessitatem terre et ciuitatis acquirere et reseruare conentur. Quidquid autem iudex pro qualicumque culpa in iudicio lucretur, uolumus, ut subiudici et preconibus semper de talento triginta denarii, de dimidio talento quindecim denarii et ita sicut prouenire potest. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis quam a successoribus et posteris nostris in perpetuum rata et inuiolata permaneat, presentem paginam super hoc scribi sigillique nostri karactere roborari subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, muniri iussimus. *Ulricus de Peka* et frater eius *Liutoldus*, *Herrandus de Wildonia*, *Vlricus de Stubenberch*, *Reimbertus de Mürekke*, *Otto de Cremis*, *Otto*, *Gotfridus et cholo* fratres *de Truhsen*, *Duringus de Styra*, *Ortolfus de Volcholtesdorf*, *Otakarus de Græze et Alrammus* frater eius, *Dietmarus de lihtensteine*, *Pertoldus de Embirberch*, *Gerhardus de Chrumpach*, *Heinricus*, *Vlricus de Murberch*, *Hermannus de chranichperch*, *Rapoto de Buten* et alii quam plures. Datum in *villa* nostra *Anasi* per manus *Vlrici* Notarii. X. kalendas Maij. Anno incarnationis dominice Millesimo CC.XII° Indictione XV^a^ Sub tercio *Innocentio* papa. Regnante *Ottone IIII.* Anno imperii sui III.

Original auf Pergament mit einem an weissen und gelben Seidenfäden hängenden Münzsiegel, im Stadtarchive zu Enns. — Hormayr, Taschenbuch für die vaterländ. Gesch. Jahrg. 1812, S. 44—53. — Gaupp, Deutsche Stadtrechte des Mittelalters (Breslau 1851 u. 52, im 2. Bde. S. 206—224), mit einer erläuternden Einleitung. — Meiller, Stadtrechte aus der Zeit der Babenberger, im Archive der kaiserl. Akademie, Bd. X. pag. 96.

Deutsche Übersetzung des voranstehenden Diploms.

In dem Namen der Heiligen vnd vngetailten dreiualtichait. *Leupolt* von gotts genaden Herczog zu *Osstereich* vnd zu *Steir* Allen getrewn gegenburttigen vnd chvnftigen in dem herren daz hail

Digitized by Google

ewichleich. Die êr der Fursten weiter vnd fruchtperlicher erscheine durch den vrid vnd rue der vndertänigen, wenn der lawt der gütichait vnd vleiss irr weschiermung wirt verrecht an ir nachchvnfftigen, vnd daz hail wiert verdint von got, wenn sy den, den si vor sind, mit guten vnd erberrigen gwanhaiten vnd aufsaczung wetwingen vnd den vngeordenthaiten, mit den nicht Alain di leib sunder halt di sel verlorn werdent, vnd zu dem weg der grechtichait vnd guter mit Handlvng vnd nuczen strengchait des rechten yegleicher sein nagsten sol volfurn. Darvmb ist, daz wir vnsser Puriger der *Ensser* Andacht vnd auch Wegierleichew pet mit guter merchkvng merchkund sein. Haben wir in geben vnd irn nachchomen vnd nach Rat vnd mainung vnsser getrewn dienstherren mit ewiger gab haben wir in zu recht gesaczt di recht, mit den wir haben furgeschen gutleich derselben vrid vnd sün. Darvmb zu recht haben wir in gesacht, Ob ainer der Puriger den andern zu tod slach, hat er, daz dreissichk phfunt wert ist auf dem erdreich von anligvndem vnerwegleichem gutt innerhalb des grabens vnd vmbgang der Stat, so wedarff er nicht eins parigen für sich, Svnder er werd gerufft dreistvnd zu dem rechten, vnd wenn er wirt gerufft vnd chvmpt vnd wechennt, daz er den erslagen hab zu weschiermen chawm sein leben, daz sol er weisen mit siben hawssgenossen, di da glawbleich lawt gesprochen sein. Ist aber, daz er schuldig erscheint, so sol gericht werdn von im als recht sei. Aber erscheint er sicher, so sol er frei sein von gewalt des rechten. Aber wirt er drei stvnd gevodert zu rechtleichen tägen vnd chvmpt nicht zu dem rechten, so chvnt in der richtter in di âcht, vnd zwai tail seiner guter sein in dem gewalt seiner hawsfrawn vnd chinder, Der dritt tail im gewalt des Richtters. Ist aber, daz er nicht hab hausfrawn noch chinder, e daz er in di âcht chom, so schaff er von den zwain tailen, wie er well, aber stiribt er, e daz er in di âcht chvmpt, also daz er von sein gutern nichtz schaff, so schullen zwai tail seiner guter wehalden werden jar vnd tag vnd ob in der zeit ettwer chem, dem man ettwas gelten oder widergeben schull von denselben gutern, sol im wider geben werden, Ist daz er geweissen mag daz, daz der da tod ist, sein geltter gewesen ist. Aber was vber di schuld weleibt vber daz, sol man geben zu hail seiner sel. Ist aber, daz er nichtz hat, vnd mag nicht zaigen, daz da wert ist dreissichk phfvnd solicher guter, als oben gesprochen ist, vnd mag doch vinden fur sich ein purigl, derselb purigl fursprech fur in vnd nem in auf sein aigen

Digitized by Google

leben. Aber mag er nicht purigl gehaben, so sol in der richtter gevangen fürn als lang, vncz er richt von im als recht ist, was aber der guter des manslechtigen sein, ob er in dem werich der hant getat oder daz er mit der hant volpracht hat, wegriffen wiert, zu hant von im ertott, so werd gricht von im mit der gerechtichait. Slecht aber ein puriger dem andern ab Hant oder fues oder aug oder di Nasen oder ein solichs gelid, der geb dem Richtter zu Pen zehen phfvnt vnd dem, der den schaden enphangen hat, auch als vil. Ist aber, daz der den schaden getan hat, nicht als vil phenning gehaben mag, So sol von im gericht werden nach dem rechten, ein aug vmb ein aug, ein hant vmb ein hant, vnd also gleich von andern glidern. Ist aber, daz er webert sein vnschuldichait nach dem, als vor auffgesach (sic) ist der vrid, des geniess er. Ist aber daz ainer ainen vreueleich plentet, daz sol wehalten werden dem rehten des Herczogen. Aber welicher dem andern abslecht ain vinger oder in also wundet, daz er mynrung der glider leidt, der sol dem Richtter geben drew phfvnt, dem der schadn gelitn hat, auch drew. Mag er aber der phening nicht gehaben, in gleicher weiss sol er gepeinnigt werden Oder er entschuldig sich nach dem vnd der vrid aufgesaczt ist. Ist aber, daz ainer den andern wunt also, daz der wunt gesvnt wirt an mynrung der glider, der geb dem Richtter zwai phfvnt, dem wunden zwai. Aber mag er der phfening nicht gehaben, so sol er geslagen werden, daz er verlies hawt vnd har vor dem Rechten, nicht da, da man die dewpp slecht, oder er sol erlösst werden nach dem vnd der vrid ist auffgesaczt. Ob ein puriger innerhalb des vmbgangs der Stat des nachtz sich zu wesehirmen ainen aintwedern erslecht oder im ein glid lempt, daz soll er weweisen mit zwair zeugnuss oder mer vnd sei vrei von dem rechten vnd richtter. Ist aber, daz der vall pei tag geschicht, So sol er sich entschuldigen mit zeugnuss siben gelawbiger mann; geschicht aber daz Auf dem veld, so ist im genug zeugnuss ains manns. Welicher ain erbern man slach mit chnůtlen, der geb dem Richtter zwai phfvnt, dem der den schaden gnomen hab, zwai phfvnt, Oder er entschuldig sich nach dem vnd der vrid aufgesaczt ist. Ist aber, daz ainer ain vnerberigen slecht, der daz mit wartn oder welicherlay vnczucht wider in verdienet hat, der geb dem Richtter ein phfvnt phening, dem geslagen aber nichtz. Ist aber, daz ainer ain Hawsgnőssen oder ein andern erbern man slach ain Mawlslag, der geb dem Richtter ain phfvnt, dem geslagen ain phfvnt. Ist

Digitized by Google

aber, daz ainer eim dienner oder einer leichttern person slach ain Mawlslag, dem richtter geb er sechczkch phening, dem geslagn sechczkch. Ist aber, daz der, der den slag hat geslagen, mag weweisen, daz einer wider in daz verdient hab, mit welicherlay vnczucht es sei, vnd der, der geslagen ist, sei ein erber man; alain dem richtter geb er ain phfvnt, dem geslagen nichtz. Ist aber, daz er sei ain dienvndew oder ein andrew gleichew person; dem richtter alain werd er geben sechczkch phening, dem geslagen nichtz. Ist aber daz, daz der Mawlslag emphfangen hat, plůttig erscheinet vnd enner (sic), der in geslagen hat, mit zewgen erweisen mag, daz er in alain mit der hant geslagen hab, der geb nicht anders dem richtter als von aim schlechten mawlslag; also werd gericht, wer aber sein chnecht oder sein diern slecht an waffen also, daz er pluetig erscheint, dem Richtter sol er darvmb chain antwurt nicht geben, wir haben auch zu recht gesaczt: wer ein jvnchkfrawn oder ein erberew vrawn zuchkt oder nötzert vnd diselb vraw oder jvnchkfraw mit zewgnuss zwair erbern mann sich weschrieren hab weweist, derselb wirt entschuldigen sich mit dem rechten des fewrein eisen. Ist aber, daz sich derselb nicht entschuldigt, daz hawbptleich vrtail er in sich trinckt. Ist aber, daz diselb vraw mit zewgnuss siben gelawbiger mann denselben vberwindet, so wirt im chain entschuldigvng nicht verlichen. Svnder daz vorgesprochen vrtail er in sich trinchk. Ist aber, daz ein gmainew fraw chlag, sy sei mit gwalt nötgezert, niemant antwurt dem richtter vmb diselben chlag. Welicher dem andern spricht hvrrensun, dem Richtter geb er sechczkch phfening, Spricht er aber Hvnttinn svn, der geb dem richtter drei schilling. Auch haben wir zu recht gesaczt, welicher puriger sterib, hat er weib oder chinder, der richtter mit nichtew vnderbind sich seiner guter oder hawses, ob si sein in dem gewalt der hawsfrawn oder chinder also, daz si des Landes herr nicht notten sol noch piten zu dhainer heirat, dasselb recht seczen wir auch den witiben, heiraten oder nicht heiraten, daz auch der herr des landes mit nichtz zu tun hab, dasselb seczen wir auch alln purigern tochttern enichel, als vor, jst aber, der da stiribt, nicht hat hawsfrawn oder chinder, in seiner schichvng weleibem alle seinew guter; seinew guter schullen sein des nagsten seines eribem ob derselb erib gesessen sei vnder den pieten des herczogen. Aber ist er ein Ausser, seiner guter halber tail sol gevallen zu nucz des herczogen, der ander tail sei des eribem. Auch haben wir zu recht gesaczt,

Digitized by Google

von welicher stat oder lant ein Auslender chom, ob er stiribt, vnd von sein gutern schicht oder schaffet, dazselb geschefft sol stet weleibem. Ist aber, daz er stirbt vnd nichtz schicht oder schafft, di puriger schullen wehueten die guter des gestaribem jar vnd tag; ob in der zeit yemant chom der eribem oder geselln oder sich geltter rechtleich erzaig, demselben an widersprechvng schullen ingeantwurt werden di guter des erstaribem; chvmpt aber nyemant in der zeit, die guter sein des herren vom Land, vnd ste auch in seiner hand, ob er durch des Sell willen icht tun well. Auch an welicher stat der auslender wegraben well werden, da hab er frein willen zu. Auch wellen wir, daz chain ausser ichtes zewgnuss mog getun auf ein puriger noch chain puriger auf ein aussern mit den, di da haissent leithawsser, nur allain si haben ander erber lawt pei in. Wir wellen auch, daz ein ygleichen puriger sein haws ein sicherhait vnd vreivng vnd sein mitwônern vnd eim igleichen fliechvnden in dazselb haws sei; darvmb welicher die vreihait oder sicherhait des hawss erzaigt oder präch, daz in gmainer sprach haimsuchen gnant wirt, wenn der hawssgenoss darvmb chlag vnd denselben mit seim aid, der da haist vor aid, darczu twingt, daz er im an der anttwurt schuldig wirt, der mus vnd sol sein vnschuld weweisen mit im selb dritten erbeer weisen mannen oder mit dem gricht des wassers oder des fewrein eissens also, daz er im ains derdaigen (sic) erwell, vnd ob er also sich entschuldig, er sei vrei hinfur vor dem gricht. Aber mag er sich nicht entschuldigen: dem Richtter geit er fvmff phfvnt, dem puriger auch fvmff phfvnt. Vnd ob er nicht gelt hat, ein hant wirt im abgeslagen. Auch haben wir zu recht gesaczt, daz der richtter nicht richt hincz yemant, nvr der sei gegenburttig, darvmb er richten sol, vnd hincz dem er richten sol, vnd der, der da sag di chlag auf den andern Oder nur der richtter mag sein recht weisen mit solichen lawten, di nicht sein sein oder sein vrewnt oder vnderlänig, daz vor im ettwer di chlag vber den gesagt hab. Auch ob ettwer chlag vber den andern, vnd der, der chlag, darnach wolt gleischssen (sic) vnd wolt ein haimleiche werichttung machen, di da dauchez (deutsch) haist Holsvnne; der richtter sol in twingen, daz er sein chlag volfur. Auch haben wir gesaczt, ob ein Ausserer eim puriger, oder ein pûriger eim aûssern ettwas verchawfft, vnd der ander daz fur gut nympt ob es darnach zu chlag chvmpt: der richtter sol davon nichtz nemen; nvr ir ainer tu im darvmb chlag. Auch wellen wir, ob ettwer ge in di stat, daz

Digitized by Google

er weschiermt werd von sein veinten, ob in sein veint wolten vahen oder totten in der stat; die Puriger, di in da lôsen von sein veinten, schullem dem richtter nichtz darvmb anttwurten vnd auch ob daz wer, daz si den wolten weschiermen vor sein veinten in ir nôtdurfft, als in solichem gestrâppl geschehen gwondleich ist, scheden geschâch, daz schullen di puriger nicht pûssen dem gricht noch nyem. Auch ob ettwer ge in di Stat vnd puriger well werden, di Puriger schullen den weschirmen vor allem vrâffel vncz zu der gegenburtichait des herczogen. Auch haben wir zu recht gesaczt, daz sechs weiss puriger mit irm aide westâten, daz si schichen von allerlay hendl der chauffmanschafft vnd von allen andern dingen, di zu der er vnd nucz der Stat gehorend, richten vnd schichken, als si allerpest wissen, vnd was diselben in allen dingen tun, richten, vnd schichken; Der richtter sol es nicht widerreden. Auch haben wir gesaczt, ob ein puriger weschuldigt wirt, daz aintweder er oder sein gast oder sein vrewnt oder ettwer von seim Hawssgesind aus seinem haws oder in sein haws ein vbltat volpracht hiet, ist, daz er sich mit seim Aid an dem vnschuldig erczaigt: er sol sein vrey vor dem gricht; ist aber des nicht, So geb er dem Richtter drew phfvnt. Auch haben wir geben vnssern purigern, daz wir ir chain notten schullen, daz er richtter sey. Darnach haben wir gesaczt, vnd in fur recht geben: welicher vnder in mug gehaben wappen, Hârnâschs oder phfert, daz sol er haben also, daz der herr des Landes diselben mug noch schull piten von in zu chainer sach chrieg, wenn di pett der herren fur ein pott gehabt starchkleich wirt vnd darvmb soliche von in nicht sind zu piten, daz sy diselben zu nucz vnd nottdurfft des Lantz vnd der Stat gewynnen vnd wehalten schullen zu aribait. Auch wellen wir, was dem Richtter vmb welicherlay schuld es sei, an dem grechten gelt gevall oder gesprochen werd, daz dem Nachrichter vnd den scherigen von iedem phfvnt dreissichk phfening gefallen sol, von eim halbem phfvnt fvmffzehen phening vnd also furbas, als es wechomen vnd gevallen mag. Daz aber disew recht vnd vnsser gab von vns vnd allen vnssern nachchomen hinfûr vest, westått vnd vnzebrochen weleib ewichleich hinfur, haben wir lassen verschreiben mit dem zaichen vnssers, vnd mit dem zaichen vnssers Sigill gestercht werden vnd auch mit vntterschreibung der zeugen webârn, haben wir gepoten vnd gepieten vestichleich wehalten; der Namen der gezewgen sind die. Her *vlr von Peka* vnd sein Prueder *Leutolt*, *Herrant von*

Digitized by Google

wildony, vlr von Stubenberch etc. vnd ander vil Herren, ritter vnd chnecht, der namen alhie nicht verschriben sind. Geben in vnsserm dorff zu *Enns* von handen herrn *vlreichs* vnssers schreiber an dem zehenden der Ruefftag (sic) des Mayen, von dem jar der gotleichen vnd herleichen Pûrde Taussent zwai hvndert jar vnd zwelifften, Diustzal in der fvmffzehenden vnder dem Pabst *Innocencio* dem dritten, Reichs vnd die zeit *Otten* des vierden, des Jars seins Chaisertvms in dem drittn.

Aus einem Pergament-Codex im Stadtarchive zu Enns. Diese Übersetzung wurde von Hannsen von Münspach, einem Rathsbürger von Enns, im Jahre 1397 verfasst, demselben, der auf die Bitte seiner Collegen die Privilegien der Stadt Enns in obigem Codex zusammenschrieb. — Kurz, Ottokar u. Albrecht I. II. 251.

CCCLXXVIII.

1212. 21. Mai. Nürnberg. — *Kaiser Otto IV. nimmt das Kloster St. Florian in seinen besonderen Schutz und bestätigt die durch Herzog Leopold von Österreich eingeleitete Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Otto* quartus diuina fauente clemencia romanorum imperator et semper augustus. Imperialis dignitatis debitum prosequentes Ecclesias et pauperes christi pie fouere et a uiolatorum oppressione eripere pro diuina miseracione intendimus, ab ipso, per quem Reges regnant, deuoti studii nostri premium expectantes; ad instanciam igitur dilecti consanquinei nostri *Leopoldi Illustris Ducis austrie ac styrie* ecclesiam, que *domus sancti floriani* uocatur, pro spe eterne retributionis in specialem defensionem nostram recepimus omnia iura sua illi confirmantes et cuncta beneficia, que prefatus Dux et antecessores sui eidem Ecclesie contulerunt, auctoritate nostra corroborantes. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine inspectione innotescere uolumus, quod prefata Ecclesia per prouidenciam iam dicti principis mediante *Ottone* eiusdem Ecclesie preposito a iurisdictione secularium iudicum taliter est exempta videlicet, quod *Ortolfus de uolchinsdorf* ministerialis Ducis *Austrie* iudex prouincie, in qua eadem Ecclesia sita est, omne ius, quod in prediis et in hominibus illius Ecclesie racione secularis iudicii habebat, tûmaduocato et ille Duci resignauit et Ecclesia eidem *Ortolfo* Trecentas quinquaginta libras publice monete auxilio Ducis freta persoluit, ut isdem *Ortolfus* predia sua in *lamperge* et

Digitized by Google

gruennowe sita ad estimacionem annue pensionis viginti librarum cum omni proprietatis iure Duci traderet, quibus iam dictus Dux tûmaduocatum et ille sepedictum *Ortolfum* in recompensacionem resignati iuris phendali iure denuo inuestiret et hec omnia presente *Herbordo* fratre prefati *Ortolfi* cum auxilio Ducis et consensu tûmaduocati sub ydoneis testibus et debita sollempnitate adhibita sunt tractata. Nos itaque pro misericordia dei promerenda totam istius facti seriem ratam habentes sepedictam Ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenacionibus et piscacionibus ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii Imperiali auctoritate eximentes absoluimus et liberam esse statuimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitucionis in antea nulli umquam secularium iudicum liceat alicuius placitacionis formam in prediis Ecclesie exercere nec homines ipsius Ecclesie siue Colonos siue proprios siue censuales ad standum suo iudicio conpellere nec de nauigacionibus nec de uectionibus uenalium suorum aliquid ab eis exigere; volumus enim, ut ipsa Ecclesie predia et omnes cause, que in ipsis emerserint, ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli prepposito et eius officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si aparencia furti uel latrocinii aut aliquid genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine Ecclesie notorie fuerit deprehensum, quia huius iudicii execucionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam inmobili Ecclesie adiudicata, sola et nuda nocentis persona per eum, qui in defensione Ecclesie uices Ducis *Austrie* sibi gerit conmissas, ad iudicium sanquinis tradatur omni tamen culpa, que pecuniarias admittit conposiciones, Ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisiciones officiales Ecclesie tantummodo faciant. Inuentos uero a bonis Ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur Ecclesia. Confirmamus preterea sepius memorate Ecclesie sancti floriani omnia iura priuilegiorum sibi a pataviensis Ecclesie presulibus et a Ducibus *Austrie* super diuersis iusticiis collatorum, eximentes eam secundum continenciam priuilegiorum Ducis *Austrie* ab omni uectigalium et theloneorum solucione et reddicione marchialis annone, remittentes etiam ei uniuersaliter omnes iusticias aduocacie, scilicet placita, bannos, steuras, oblaciones, pernoctaciones, omnisque generis

Digitized by Google

obuenciones secundum formam priuilegiorum *Reinberti pataviensis* Episcopi et *Leopoldi Illustris Ducis Austrie* et *Styrie*. Sed quia utilitas Ecclesie exigit, ut Dux *Austrie* defensor et aduocatus sepedicte Ecclesie propter frequentes occupaciones suas alicui uices suas in defensione eiusdem Ecclesie conmittat, ne occasione talis conmissionis, que ad repellendas ab Ecclesia oppressiones ab ipso Duce pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedefensores in illicitas transeant abusiones, uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis conmissio, quem prepositus Sibi ad hoc ydoneum a Duce postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate seu iure aduocati sibi usurpato tantum sub legacione Ducis eiusdem Ecclesie prepositum fideliter manuteneat, non se ingerendo nisi in illis nisi in illis (sic) tantum negociis, ad que prepositus eum expetiuerit, nullas sibi uendicans utilitates preter pecuniarias conposiciones, que pro lesione hominibus Ecclesie ab extraneis illata Ducibus *austrie* sic ut ueris aduocatis fuerint adiudicate, prius tamen Ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis Ecclesie nichil Sibi iuris uendicet nomine huius conmissionis, nisi forte ad cohercionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium conmissionum huiusmodi uicedefensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a Duce expetere. Et ne diuturnitas temporis ulli talium possit in preiudicium Ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore administracionis prepositi, talis etiam expiret conmissio, donec successor eius ipsum denuo expetat, uel alium. Horum autem articulorum tam circa exemptionem sepedicte Ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnium hanc paginam inspiciencium nos nouerit ideo tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa. Et ut nostra nouerit posteritas, neque per pheudacionem neque per aliud quodcunque genus alienacionis huius exceptionis priuilegium infringi infringi (sic) posse uel uiolari in perpetuum: Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibus *Leopoldi Illustris Ducis Austrie et Styrie* inpheudacio de solo facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Ad cuius rei

Digitized by Google

euidenciam et nostre diffinicionis perpetuam stabilitatem presentem paginam autentici nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione: *Liupoldus Dux austrie et Styrie, Bernardus Dux Karintie, Diepoldus Marchio de Voheburc, Gebhardus comes de Tollensten, Otto tůmaduocatus, Vlricus de Peka et Leutoldus frater suus, Gundakar de stir, Godfridus de Trussen, Rodulphus de Stadek, Rainbertus de Můrecd, Fridericus de Pettowe, Leutoldus comes de Plaien, Otto de Crems, Otto de Graez, Duringus de Ratelperge et frater suus, Harnidus filius Herrandi de Wilidonen, Godfridus de Ewenstain, Herbordus de folkestorf, Henricus Marescalcus Imperii, Walterus Pincerna Imperii* et alii quam plures.

Signum domini *Ottonis* quarti Romanorum imperatoris inuictissimi. Acta sunt autem hec Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tercio Decimo. Regnante domino *Ottone* Quarto Romanorum Imperatore glorioso, Anno Imperii eius tercio.

Datum apud *Norenberc* XII Kalendas Junii, Indictione quinta Decima.

(Monogramma.)

Das Siegel hängt an grünen Seidenfäden, wohl erhalten, übereinstimmend mit der Abbildung im Chron. Gottw. I. 402. Die Umschrift: † DEI GRATIA OTTO ROMANORVM IMPP. (sic) ERATOR ET SEMPER AVGVSTVS.

Gestalt des Monogramms:



Abgedruckt bei Kurz, Albrecht IV. II. 470. — Coll. Stülz, Geschichte von St. Florian, 280.

CCCLXXIX. A.

1212. 8. August. Enns. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, beurkundet die Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Livpoldus dux austrie et stirie.* Quia piorum studiorum premivm et remunerator est devs,

Digitized by Google

grande nos speramus apvd ipsum nobis acumulare meritvm, si ad pacem et tranquilitatem ecclesiarum dei iugiter intendamus et eis defenssionis nostre auxilivm pia affectione ducti efficaciter inpertiamur. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod ecclesiam, que *domus sancti floriani* uocatur, a secularium ivdicvm exactione longis retro temporibus enormiter lesam et grauiter oppressam toto studii nostri conamine cum diligentia interposito ab omni secularivm iudicum potestate hoc modo liberauimus et absoluimus uidelicet, quod iam dicta ecclesia *ortolfo de uolchinstorf* ministeriali nostro ivdici prouincie, in qua eadem ecclesia sita est, trecentas quinquaginta libras publice monete nobis mediantibus persoluit et idem *ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis ivrisditionis habebat, tvmaduocato ratisponensi et ille nobis resignauit. Preterea iam dictus *ortolfus* presente *herbordo* fratre suo et consentiente predia sua in *grvinowe* et *laeimperge* super *lethtin* ad estimationem annue pensionis XX. librarum cum omni ivre proprietatis ecclesie contulit. Nos autem prefata predia ab ecclesia pro concambio nostri ivris cum omni proprietate nobis collata tvmaduocato pro reconpensatione resignati iuris feodali iure concessimus et ille *ortolfum de uolchinstorf* similiter eisdem prediis inuestiuit. Nos igitur sepedictam ecclesiam uolentes plena pace et libertate gaudere omnes iustitias et obnoxietates, quibus seculari iurisditioni prius erat obnoxia, super aram Sancti Floriani per oblationem gladii delegauimus et preterea omnes iustitias aduocatie, super quibus etiam ipsa ecclesia priuilegio nostro est munita, super eandem aram cum donatione scuti pro eterna retributione conferentes sepedictam ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus ab omni iure et obnoxietate secularis iuditii exemimus pariter et absoluimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitucionis in antea nulli unequam secularium iudicvm liceat alicuius placitacionis formam in prediis ecclesie exercere nec homines ipsius ecclesie siue colonos siue proprios seu censuales ad standum suo iudicio compellere nec de negotiationibus nec de uectionibus uenalium suorvm aliquid ab eis exigere. Uolumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cavse, que in ipsis emerserint, ab omni iurisditione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officialibus liceat cognoscere et de

Digitized by Google

cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii aut aliquod genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie notorie fuerit deprehensvm (sic), quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam immobili ecclesie adiudicata sola et nuda nocentis persona per evm, qui in deffenssione (sic) ecclesie uices nostras sibi gerit commissas, ad iudicivm sanquinis tradatur omni tamen culpa, que peccuniarias admittit compositiones, ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantvmmodo faciant, inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Sed quia utilitas ecclesie exigit, ut propter frequentes occupationes nostras alicui in defenssione eiusdem ecclesie uices nostras commitamus ne occasione talis commissionis, que ad repellendas ab ecclesia oppressiones a nobis pro tempore pie fit, contra ivs huius priuilegii ipsi uicedefensores in illicitas transeant abusiones, uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis commissio, quem prepositus sibi ad hoc ydonevm a nobis postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate sev iure aduocati sibi usurpato tantum sublegatione nostra eiusdem ecclesie prepositum fideliter manu teneat non se ingerendo nisi in illis tantum negotiis, ad que prepositus evm expetiuerit, nullas sibi uendicans utilitates preter peccuniarias compositiones, que pro lesione hominibus ecclesie ab extraneis illata nobis sicut ueris aduocatis uel nostris successoribus fuerint adiudicate, prius tamen ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis ecclesie nichil sibi ivris uendicet nomine huius commissionis nisi forte ad coertionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus (sic). Quia uero pretextu talium commissionum huiusmodi uicedefenssores frequenter auiditate temeraria in ivra aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a nobis uel nostris successoribus expetere. Et ne diurnitas temporis ulli talium possit in preiudicivm ecclesie suffragari, statuimus, ut exspirante tempore amministracionis prepositi talis etiam exspiret commissio, donec successor eius ipsum denuo expetat uel alium. Horum autem articulorum tam circa exemptionem sepedicte ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnivm

Digitized by Google

hanc paginam inspiciencium nos ideo nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa, quod, ut nostra nouerit posteritas, neque per inpheudacionem neque per aliud quodcunque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibvs nostris inphevdatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Sed siquis talis pheudi pretextu in dampna ecclesie manum miserit, dampnum reconpenset in quadruplum (sic) et quasi elemosine nostre uiolator in deum et in animam nostram revm se esse cognoscat. Ad horum autem omnivm euidenciam, que huius priuilegii tenor continet, et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram evm horvm testivm subscriptione: *Heinricvs comes de orthinberch, Vlricvs comes de perneke, Otto comes de chlamme, Cholo et Heinricus* frater eius *liberi de waehssinberc, Herrandus de wildonin, Hadmarus de chvnringe* et filius eius *Hadmarus, Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Ulricus strevno, Rudolfus de potindorf, Gundakarus* et frater eius *Duringus de stiera, Dietmar de lietenstein, Otto de chremise, Perhtoldus dapifer de emerberch, Alber de grimmsteine, Henricus de prûne, Gotfridus de trvhssin, Liupoldus pincerna, Herbort de uolchinstorf, Henricus et Ernestus de trvna, Otto de rore, Otto de perhtolstorf, Otto de pirbôm, Vlricus esilo, Vlricus de marbach, Vlricus de chaernabrvnne, Henricus de zebinge, Henricus de winisperch, Henricus de tvrsindorf, Perngerus de chapelle, Vlricus et Henricus de gvinnberc* (?), *Perhtolt de wiederuelt, Marquardus* et filius eius *Irnfridus de hintperch, Otakarus de slierbach, Livtolt de schœnberg, Liutolt de hohinsthofe, Wolfker de altinhouin, Siboto de hage, Otto sheke, Dietmar de chersperch, Rudger castor, Willehalm de geilspach, Alber tuerstein, Imbrike de steinpach, Chunradus de ramsteine, Engildich de heichinbach, Wernhardus hucinger, Heinrich de hucinbach.*

Acta in ciuitate *anesi*, Data ibidem per manus *Vlrici notarii* Anno incarnationis domini MCCXIII, Anno uero *cesaris ottonis* III. VI. idus Augusti, Indictione XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 281.

Digitized by Google

CCCLXXIX. B.

1212. 8. August. Enns. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, beurkundet die Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *liupoldus* dei gratia dux *austrie* ac *stirie*. Quia piorum studiorum premium et remunerator est devs, grande nos speramus apud ipsum nobis accumulare meritum, si ad pacem ac defenssionem (sic) ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et earum pressuram iacturam nostram existimemus. Vnde cum domus beati floriani preciosi martiris per intolerabiles secularium jvdicum exactiones et oppressiones pene uergeret ad interitum et quasi sub fornace ferrea et constricta nostram ingemiscens inploraret subuentionem, nos afflictionum eius interna conpassione miserti pro sua liberatione summa diligentia et totis uiribus studium nostrum interposuimus. Sed quia prefate ecclesie plena pacis securitas et liberationis effectus propter nimiam pestilentivm insolentiam aliter confirmari non poterat, nisi quibusdam predictorum judicum uasallis, qvi potestatis nostre grauiter offenderant equitatem, gratie nostre reformatis pro emolumento, quod sepedicti jvdices de prediis et hominibus ecclesie annuatim consequebantur, equa eis fieret reconpensatio, quod ipsi ad estimationem LX. librarum conputandum decertabant. Nos ergo pro bono pacis et utilitatem (sic) ecclesie rigorem seueritatis mansuetudine temperantes prefatis uasallis in gratiam nostram receptis multa deliberatione habita decreuimus de prediis ecclesie ad annuam pensionem XX. librarum sepedictis judicibus cum omni iure proprietatis conferri, quatinus predicta ecclesia jvrisditionis inconmodis amodo in perpetuum se gauderet liberam esse et exemptam. Igitur presentis pagine inspectione omnibus christi fidelibus declaramus, quod *ortolfus de wolchinstorf* ministerialis noster iudex prouincie, cum quo omnia ista tractata sunt, decretum nostrum super his libenter acceptauit et iurisditionem in prediis ecclesie prius habitam in manus *ottonis* tvmaduocati *ratisponensis* sponte resignauit. Nos itaque iurisditionem a iam dicto tvmaduocato in manus nostras resignatam suscipientes prememoratam *domum sancti floriani* diuine miserationis intuitv ab omni secularium iudicum potestate imperiali auctoritate et nostra liberauimus, absoluimus et exemimus et

Digitized by Google

reconpensationem predictam tvmaduocato et *ortolfo* secundum iuris equitatem modis omnibus stabiliuimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli nunquam (sic) conprouincialium iudicum in bonis ecclesie liceat alicuius placitacionis formam habere neque terminum aut locum iudicialem, qui dicstat appellatur, in prediis eius constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue proprios siue censuales ad standum iudicio conpellere pro quacunque causa, nec de negotiacionibus uel uectionibus uenalium suorum nomine thelonei, quod mvhte uel ztol dicitur, in locis non legitimis ab eis aliquam pensionem exigere. Uolumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cause, que in ipsis emerserint, a secularis iudicii obseruatione tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officiario liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quodsi apparentia furti uel latrocinii uel criminis, quod morht dicitur, uel alicuius maleficii genus, quod mortem malefici exigit, in homine ecclesie deprehensum fuerit notorie, quia huivs iudicii executionem ordo sacerdotis sibi non uendicat, nostri sit officii uel eius tantum, quem ad hoc specialiter destinauerimus, penam sanguinis exequi omni tamen pena, que pecuniarias conpositiones admittit, soli ecclesie concessa et indulta. Talium autem personarum inquisitionem officiales ecclesie tantum faciant, inuentos uero a bonis ecclesie amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorvm deinceps respondere non teneatur ecclesia. Similiter de quacumque causa de hominibus ecclesie coram preposito uel eius officiariis ab extraneis orta fuerit querimonia, si homo ecclesie ad exhibendum iusticiam conquerenti rebellis fuerit et contumax, in persona contumacis prepositus priuilegio suo renuncians de uendicatione eius se non intromittat et deinceps a nobis nostrisque uicariis de persona illa fiat iudicium, quod iudiciarius ordo exigit, pace salua ecclesie. Alias uero quascunque causas siue pecuniarias siue prediales siue in personam siue in dampna, bannos uidelicet pugnarum, expurgationes omnesque obuentiones scilicet losunge, uberuanch, gavmlos, nocturnos dolos, in personis et prediis suis officiales ecclesie iudiciario ordine exequantur ita tamen, ut actor semper forum rei sequatur, id est, si homo extraneus de foro alieno de homine ecclesie conqueri habeat, a preposito tantum et officialibus suis iudicium exspectet, quod si consequi forte non potuerit, ad eum causam defferat, cui pro tempore in defenssionem ecclesie uices nostras conmisimus iuxta tenorem priuilegii, quod super ivre aduocatie ecclesie iam

Digitized by Google

pridem concessimus. Horum uero articulorum tam cautam expressionem omnivm hanc paginam inspicientium universitas ideo nos nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio siue malitiosorum inivriosa cauillatio ab irruptione huius nostre constitutionis, qua ad omnimodam ecclesie libertatem et exemptionem intendimus prorsus sit exclusa et ut nostra nouerit posteritas neque per infeodationem neque per aliud quodcumque alienationis genus huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Ad cuius rei euidentiam et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione, ... *comes de chlame, Otto tûmaduocatus, Vlricus liber de ualchinberch, Hadmarus de churinge, Albero et Hadmarus filii eius, Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus filii eius, Ulricus streuno, Rudolfus de potindorf, Adeloldus de chiove, Dietmarus de Lietensteine, Otto de chremis, Hadmarus de poungartin, Hermannus de chranihperch, Vlricus esilo, Perhtolt de widerueli, Otto de perhtolstorf, Otto de pirbovm, Vlricus de chaernabrunne, Vlricus de marbach, Perhtolt dapifer de emerberch, Henricus de prunne, Livpolt pincerna, Alber de grimmsteine, Rupret stal, Dietmar de chvlevbe, Herbort de uolchinstorf, Dietrich de windeke, Deinrat cappellarius, Opoldus* et *henricus camerarii.*

Acta sunt hec in ciuitate *Anesi.* Data ibidem per manus *Vlrici* notarii Anno incarnationis MCCXIIII. Indict. XV. VI. idus Augusti. Anno uero *Ottonis* cesaris III.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 465. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 281, Nro. 45, im Auszuge.

CCCLXXX.

Circa 1212. — *Ludwig, Herzog von Baiern, beurkundet, dass der Reichs-Ministerial Pubo von Lozenkirchen zur Sicherstellung für ein ihm von dem Kloster Ranshofen gegebenes Darlehen von Hundert Pfunden ein Gut zu Überacker ihm pfandweise übergeben habe.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis *Lodwicus* Dei gratia *Bawarie Dux,* Notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter quidam *fidelis noster ministerialis regni* predium, quod habuit in *Ubrachen,* cultum et incultum, quesitum et inquirendum simul cum hominibus adtinentibus ad idem predium in

Digitized by Google

manus nostras coram vasallis nostris et ministerialibus deposuit Ecclesie beati Pancratii Martiris in *Ranshoven* protegendum tam diu, donec ipse regni, qui dicitur *Pubo de Lozenchirichen*, ministerialis pecuniam L. librarum, quam ab eis recepit, in integrum eis restituat, fratribus nimirum ibidem tunc Deo servientibus. Erit autem moneta illius temporis inter quatuor meliore. Quod si solvere voluerit prefatum predium, sine dolo et de proprio faciet. Si vero vendere voluerit, potestatem non habebit, nisi primum prefate Ecclesie hoc offerat, ut fratres ei pecuniam, quam aliunde sibi offerre certificaret pro comparando predio, si velint, tribuant. Tempus autem debite solutionis erit in purificatione S. Marie. Quo peracto si ipse postmodum solvere voluerit, tamen fructus illius anni usui Ecclesie remanebit. Constat autem quod prefatus Babo idem predium eodem tenore in predicta Ecclesia super altare S. Pancratii Martiris tradidit coram positis *Matre sua Leukarde* et *uxore sua Gertrude* et simul unanimem consensum prebentibus, Ad hec accessit *Heinricus filius eius* ceterique filii sui.

Mon. boic. III. 330.

CCCLXXXI.

Circa 1212. — *Propst Wichart und der Convent von Ranshofen versprechen bei der Übergabe des Gutes Überacker dem Pubo von Lozenkirchen eine Herrenpfründe.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Wichardus Prepositus* et totus Conventus in *Ranshoven* firmiter compromisimus in manus Domini *Pubonis de Lozenkirchen* et Domine *Gertrudis uxoris eius* et *Chunradi filii eorum*, ut quecunque Persona ex illis usque ad uxorem Chunradi *Helwich* a nobis postulaverit talem prebendam in cibo et potu apud nos habere debeat, qualis datur uni sacerdoti et hoc factum est ea die, qua ipsi tradiderunt Ecclesie potestativa manu tale predium, quale ipsi habebant in *Uberechen* cultum et incultum, quesitum et inquirendum cum hominibus ad idem predium pertinentibus. Testes sunt, qui cum eis aderant, *Wernhardus Presbiter et plebanus eorum*, *Fridericus miles et Prepositus de Aheim*, *Rudolfus de Prukla et Sororius ejus Hertwicus*, *Heinricus Lirator*, *Uscalcus de Ahaim*, *Chunradus*, *Uschalcus et Liebehardus de Lozenchirchen*. Factum est hoc in presentia officialium Domini Ducis, qui et advocatus noster, *Ulricus* (sic) *de Frenching iudicis et Dietrici de*

Digitized by Google

Unchausen Prepositi, qui et testes donacionis eorum ad nos et promissi nostri ad ipsos sunt. Aderant et de familia Ecclesie et Domini Ducis quam multi etc. Ad hæc insinuamus, quod hanc tradicionem prefati predii et Hominum fecerunt super altare S. Pancracii martiris pro remedio animarum suarum et omnium Parentum suorum receptis tamen a nobis nonaginta talentis ratisponensis monete et prefata prebenda.

Mon. boic. 331.

CCCLXXXII.

Circa 1212. — *Ludwig, Herzog von Baiern, befiehlt seinen Amtleuten zu Niederhall, unmittelbar nach Einhebung der herzoglichen Dienste von den dortigen Gütern dem Kloster Ranshofen den Zehent davon zu verabreichen.*

Ludwicus Dei gratia Dux Bawarie Pretoribus suis, qui sunt in *Halle inferiori*, gratiam suam et omne bonum. Mandamus vobis districte, ut statim, postquam servicium nostrum in officiis vestris receperitis, dilecto nostro Capellano *preposito in Ranshoven* et fratribus ibidem Deo servientibus Decimam, que provenit, ita persolvatis, sicut personas vestras salvas esse diligitis. Ipse eam a vobis postulabit et vos eam nullius interveniente respectu integraliter assignate. Quod si non feceritis, sub pena nobis inde respondebitis.

Mon. boic. III. 329.

CCCLXXXIII.

1213. 14. Februar. Regensburg. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster St. Florian in seinen Schutz und bestätigt die Freiheit desselben von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.*

In nomine sancte et individue trinitatis *fridericus* secundus diuina fauente clementia romanorum rex et semper augustus et rex *sicilie*. Regalis dignitatis debitum prosequentes, ecclesias uel pauperes christi pie fouere et a uiolatorum oppressione eripere pro diuina miseratione intendimus, ab ipso, per quem reges regnant, deuoti studii nostri premium exspectantes. Ad instantiam igitur dilecti consanguinei nostri *Leopoldi* illustris ducis *austrie ac Styrie* ecclesiam, que *Sancti floriani* uocatur, pro spe eterne retributionis in specialem defensionem nostram recepimus, omnia sua illi confirmantes et cuncta beneficia, que prefatus dux et antecessores sui ecclesie contulerunt auctoritate

Digitized by Google

nostra corroborantes. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine inspectione innotescere uolumus, quod prefata ecclesia per prouidentiam iam dicti principis mediante *Ottone* quondam eiusdem ecclesie preposito a iurisdictione secularium iudicum taliter est exempta, videlicet, quod *Ortolfus de uolchinsdorf* ministerialis ducis *austrie* iudex prouincie, in qua eadem ecclesia sita est, omne ius, quod in prediis et in hominibus illius ecclesie ratione secularis iudicii habebat, tvmaduocato et ille duci resignauit, et ecclesia eidem *Ortolfo* trecentas quinquaginta libras publice monete auxilio ducis freta persoluit, ut isdem *Ortolfus* predia sua in *Lamperge* et *grvnnowe* sita ad estimationem annue pensionis XX librarum cum omni proprietatis iure duci traderet, quibus iam dictus dux tvmaduocatum et ille sepedictum *Ortolfum* in recompensationem resignati iuris pheodali iure denuo inuestiret et hec omnia presente *Herbordo* fratre prefati *Ortolfi* cum auxilio ducis et consensu tvmaduocati sub ydoneis testibus et debita sollempnitate adhibita sunt tractata. Nos itaque pro misericordia dei promerenda totam istius facti seriem ratam habentes sepedictam ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis, cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus, ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii regali auctoritate eximentes absoluimus et liberam esse statuimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam secularium iudicum liceat alicuius placitationis formam in prediis ecclesie exercere nec homines ipsius ecclesie siue colonos siue proprios seu censuales ad standum suo iudicio conpellere nec de nauigationibus nec de uectionibus uenalium suorum aliquid ab eis exigere, uolumus enim, ut ipsa ecclesie predia et omnes cause, que in ipsis emerserint, ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii aut aliquod genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie fuerit deprehensum, quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam inmobili ecclesie adiudicata, sola et nuda nocentis persona per eum, qui in defensionem ecclesie uices ducis austrie sibi gerit conmissas, ad iudicium sanguinis tradatur, omni tamen culpa, que pecuniarias admittit compositiones, ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantummodo

Digitized by Google

faciant. Inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Confirmamus preterea sepius memorate ecclesie *sancti floriani* omnia iura priuilegiorum sibi a *Patauiensis* ecclesie presulibus et a ducibus *austrie* super diuersis iusticiis collatorum eximentes eam secundum continentiam priuilegiorum ducis *austrie* ab omni uectigalium et theloneorum solutione et redditione marchialis annone, remittentes etiam ei uniuersaliter omnes iusticias aduocatie, scilicet placita, bannos, stevras, oblationes, pernoctationes omnisque generis obuentiones secundum formam priuilegiorum *Reinberti Pataviensis* episcopi et *Leopoldi* illustris ducis *austrie* et *styrie*. Sed quia utilitas ecclesie exigit, ut dux *Austrie* defensor et aduocatus sepe dicte ecclesie propter frequentes occupationes suas alicui uices suas in defensionem eiusdem ecclesie committat, ne occasione talis commissionis, que ad repellendas ab ecclesia oppressiones ab ipso duce pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedefensores illicitas transeant abusiones (sic), uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis commissio, quem prepositus sibi ad hoc ydoneum a duce postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate seu iure aduocati sibi usurpato tantum sub legatione ducis eiusdem ecclesie prepositum fideliter manu teneat non se ingerendo, nisi in illis tantum negociis, ad que prepositus eum expetiuerit nullas sibi uendicans utilitates preter pecuniarias conpositiones, que pro lesione hominibus ecclesie ab extraneis illata ducibus *austrie*, sicut ueris aduocatis, fuerint adiudicate, prius tamen ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis ecclesie nichil sibi iuris uendicet nomine huius commissionis, nisi forte ad cohercionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium commissionum huiusmodi uicedefensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut si quando a tali uicedefensore prepositus, se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a duce expetere. Et ne diuturnitas temporis ulli talium possit in preiudicium ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore administrationis prepositi talis etiam expiret commissio, donec successor eius ipsum denuo expetat uel alium. Horum autem articulorum tam circa exceptionem sepedicte ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnium hanc paginam inspitientium nos

Digitized by Google

nouerit ideo tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis*) ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa. Et ut nostra nouerit posteritas neque per pheodationem neque per aliud quodque (sic) genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari inperpetuum, Quodsi in eius preiuditium aliquo precipiti consilio ab heredibus *Leopoldi* illustris ducis *austrie* ac *styrie* inpheodatio de solo facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Ad cuius rei euidentiam et nostre diffinitionis perpetuam stabilitatem presentem paginam autentici nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione.

Leopoldus dux Austrie et Styrie, Bernhardus dux Karinthie, Diepoldus marchio de Vohburch, Gebhardus comes de Tolnstein, Otto têmaduocatus, Vlricus de Peka et Livtoldus frater suus, Gvndacher de Styr, Goddefridus de Trêhsen, Rudolfus de Stadeke, Reinbertus de Mûrecke, Fridericus de Petôwe, Livtoldus comes de Plaien, Otto de Chremse, Otto de Graez, Dêrinch de Ratelperge et frater suus, Hartnidus filius Herrandi de wildonia, Gotfridus de Eppenstein, Herbordus de folchinsdorf, Heinricus marschalcus imperii, Waltherus pincerna imperii et alii quam plures.

Signum domini *Friderici* romanorum regis et regis sycilie inuictissimi.

(Monogramma.)

Ego *Cênradus Metensis episcopus* imperialis aule Cancellarius uice domini *Sifridi Moguntini* archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno domini M° CC° XV° regnante domino *Friderico* Romanorum rege et rege *Sicilie* glorioso, anno regni Romani I° Regni uero *Sicilie* XIIII. Dat. *Ratispone* XVI° kalendas Martii, Indictione I^ma^

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 286.

CCCLXXXIV.

1213. 22. März. Augsburg. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster Waldhausen in seinen Schutz.*

Fridericus dei gracia Romanorum Rex et semper Augustus et Rex *Sicilie.* Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris etiam

*) Es fehlt hier: „quam non expressis."

Digitized by Google

nascituris in posterum, Quod nos Monasterium sancti Johannis Evangeliste in *Waldhawsen patauiensis* diocesis in specialem Regie Maiestatis protectionem accepimus jta, quod, siquis idem Monasterium indebite molestare presumpserit, curiam nostram se nouerit offendisse. Si quis autem contra presentem paginam aliquid attemptauerit, jamdictum Monasterium in personis uel possessionibus, jn rebus mobilibus uel immobilibus preter iusticiam inquietauerit, jndignacionis nostre periculum se non dubitet incurrisse. Data aput *Augustam* vndecimo kalendas Aprilis, Indictione prima, Anno Regni nostri Romani primo.

Kurz, Beiträge, IV. 446, aus dem Original. Hier aus dem Vidimus des Bischofs Christoph von Passau ddo. 5. September 1494 im Museum Franc. Carol. zu Linz.

CCCLXXXV.

1213. 23. April. Kremsmünster. — *Manegold, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Kremsmünster die Zahlung des Bergrechtes von dem bei Mautern gelegenen Weinberge Pleichersperg.*

C. In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. *Manegoldus* dei gratia Patauiensis episcopus in perpetuum. Obliuionis unicum est solatium scripture beneficium, que nodos contencionis explicans calumpniis finem inponit et pandit per suos apices ueritatem. Proinde nouerit uniuersorum tam presentium quam futurorum Karitas, quod cum frater *Alramus* tunc temporis prepositus in *Chremismvnster* comparasset ipsi ecclesie pro xlvj libris uineam sitam in monte, qui dicitur *Plikersperge* iuxta *Metarn;* et cum ab eadem uinea nobis annue solueretur dimidia libra eo iure, quod dicitur *Perchrecht,* nos ad denotam peticionem uenerabilis fratris *Rvdolfi* abbatis et conuentus in *Chremismvnster* contulimus ipsi ecclesię idem ius, ut eadem uinea libera debet esse ab eo iure, quod dicitur *Perchrecht*, et ab omni exactione inperpetuum. Vt autem dicti iuris nostra collatio stabilis et inconuulsa permaneat sepedicte ecclesię temporibus nostris et successorum nostrorum inperpetuum, eam presenti priuilegio et subscriptis testibus communimus Annectentes, quod si quis hanc nostre donationis paginam cassare attemptauerit, iram omnipotentis dei incurrat gladio anathematis, nisi resipuerit, feriendus. Huius rei testes sunt: *Chunradus* maior plebanus et pataviensis canonicus, *Chunradus* scriba, *Christanus* notarius, *Anshelmus* presbiter, *Einwicus* plebanus in *Tirffenbach*, *Heinricus* plebanus in *Zwentendorf* capellani.

Digitized by Google

Walchunus de herdingen, *Heinricus de Pochrukke*, *Rvdgerus de Suntheim*, *Willehalmus de Gisenperge*, *Walchunus de Livbenbach* et *Otto de Alben*, *Alrammus de Chrengelbach*. *Hermannus de huzzenbach*, milites. *Otto de Ekkoluingen*, *Vlricus simannus et Rvdgerus* frater eius, *Albero tvmbe*. *Siboto de Warengov*, *Pernoldus* amannus in *ypolito*, *Siboto* cellerarius in Mvtarn, *Ernestus de Asperch*, *Ernestus de Stein*, *hertwicus de Abteie*, *Hertwicus de Pettenbach*, *Leo de Chůberch*, *Merboto de Oede*. De *Mvtarn herwicus* et *Siboto* frater eius. *Rvdgerus* iudex, *Fridericus* filius *Hertingi*, *Eber* iuuenis, *Heinricus* forestarius. Acta sunt hec apud Chremismvnster Anno ab incarnatione domini M° CC° X°jjj. Indictione j. Anno pontificatus nostri viij° Kalendas Maii vnj.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 66, Nro. 53.

CCCLXXXVI. A.

1213. 16. Juni. Wien. — *Leopold, Herzog von Österreich, bestätigt wiederholt die Freiheit des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia *dux austrie et stirie*. Quia piorum studiorum premium et remunerator est deus, grande nos speramus apud ipsum nobis accumulare meritum, si ad pacem et defensionem ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et eorum (sic) pressuram iacturam nostram existimemus. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod ecclesiam, que *domus S. Floriani* uocatur, nobis specialiter dilectam a secularium iudicum exactione longis retro temporibus enormiter lesam et grauiter oppressam toto studii nostri conamine cum omni diligentia interposito ab omni secularium iudicum potestate hoc modo liberauimus et absoluimus videlicet, quod iam dicta ecclesia *Ortolfo de Volkenstorf* ministeriali nostro iudici prouincie illius, in qua eadem ecclesia sita est, trecentas quinquaginta libras publice monete nobis mediantibus persoluit et idem *Ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis iurisditionis habebat, *Ottoni tẽmaduocato Ratisponensi* et ille nobis resignauit. Preterea iam dictus *Ortolfus* presente *Herbordo* fratre suo et consentiente predia sua in *Grvennawe* et *Laeimperge*

Digitized by Google

super *lethten* ad estimationem annue pensionis viginti librarum cum omni iure proprietatis ecclesie contulit. Nos autem prefata predia ab ecclesia pro concambio nostri iuris secularis videlicet iudicii cum omni proprietate nobis collata Vmaduocato pro reconpensatione resignati secularis iudicii pheodali iure concessimus et ille *Ortolfum de Volkenstorf* similiter eisdem prediis in reconpensatione secularis iudicii inpheodauit. Nos igitur sepedictam ecclesiam uolentes plena pace et libertate gaudere omnes iustitias et obnoxietates, quibus seculari iurisditioni prius erat obnoxia, super aram S. Floriani per oblationem gladii et omnes iustitias aduocatie, super quibus et iam ipsa ecclesia privilegio isto est munita, super eandem aram cum donatione scuti pro eterna retributione conferentes sepedictam ecclesiam S. Floriani cum omnibus ad eam pertinentibus videlicet hominibus et prediis, cultis et incultis, quesitis et inquisitis et habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii exemimus et absoluimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam comprouincialium iudicum in bonis ecclesie liceat alicuius placitationis formam habere neque terminum aut locum iudicialem, qui dinchstat appellatur, in prediis eius constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue colonos siue proprios siue censuales astandum (sic) suo iuditio pro aliqua causa compellere nec de negotiationibus uel de uectionibus uenalium suorum ratione thelonei, quod Movtte uel Zol dicitur, ab eis aliquid exigere. Volumus enim, ut omnes cause, que in prediis ipsius ecclesie emerserint, que uel expurgatione uel pecuniaria conpositione indigent, ab omni secularis iudicis iurisditione tam integre sint exempte, ut de ipsis soli preposito et eius officiariis liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii uel alicuius criminis, quod Mort dicitur, uel alicuius malefitii genus, quod mortem malefici exigit, in homine ecclesie notorie deprehensum fuerit, quia huius iuditii executionem ordo sacerdotalis sibi non uendicat, talis maleficus per eum, quem pro peticione prepositi illius ecclesie aduocatum constituimus, iudici prouinciali dampnandum tradat omni tamen possessione ipsius malefici tam mobili quam immobili soli ecclesie conseruata. Talium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tamen faciant inuentos vero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuntient et ex tunc de factis eorum ecclesia respondere non

Digitized by Google

teneatur. Similiter si persona aliqua extranea contra hominem ecclesie coram preposito vel eius officiariis pro aliqua causa querimoniam deposuerit, si homo ecclesie ad exhibendam iustitiam conquerenti rebellis fuerit, actor causam ad eum, cui in defensionem ecclesie uices nostras commisimus, deferat. Si vero et illi ad exhibendam iustitiam conquerenti rebellis fuerit, ex tunc prepositus de tam contumaci homine priuilegio suo renuntiet et se postmodum de ipso non intromittat. Alias vero quascumque causas siue peccuniarias siue prediales siue in persona siue in dampna, bannos videlicet, pugnarum expurgationes omnesque obuentiones, scilicet Losvnge, Vbervanch, Gavmlos, nocturnos dolos in personis suis et prediis officiales ecclesie iuditiali ordine exequantur. Horum vero articulorum tam cautam expressionem omnium hanc paginam inspicientium uniuersitas ideo nos nouerit tam sollicite adnotasse, ut omnis questio siue malitiosorum iniuriosa cauillatio ab irruptione huius nostre constitutionis, qua ad omnimodam ecclesie libertatem et exemptionem intendimus, prorsus sit exclusa. Et ut omnes heredes seu successores nostri nouerint se neque per inphêodationem neque per aliud quodcumque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringere debere uel uiolare. Si autem in preiuditium huius exemptionis aliquid precipiti consilio vel heredes uel alii nostri successores seu per infeodationem seu per aliud quodcumque genus alienationis aliquid de facto fecerint, irritum esse uolumus et omnino non tenere. Ad huius igitur rei euidentiam et nostre diffinationis (sic) stabilitatem perpetuam, paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus et perpetuo robore naliturum dominorum imperatorum *Ottonis et Friderici* sigillis confirmauimus cum istorum testium subscriptione: *Vlricus comes de Chlamme, Otto Têmaduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chvringe, Albero et Hadmarus* filii eius, *Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potindorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Lihtestaeine, Otto de Chrems, Hadmarus de Pômgarten, Hermanus de Chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de Wiedervelt, Otto de Perhtoltstorf, Otto de Pirbôm, Vlricus de Chaernebvnne, Vlricus de Marbach, Perhtolt dapifer de Emberberch, Heinricus de Prvnne, Livpoldus pincerna, Alber de grimmestaeine, Rvpreht stal, Ditmarus de Chvlivbe, Herbort de Volkenstorf, Ditricus de Windeke, Deinrat capellarius, Apoldus et Heinricus camerarii* et alii quam plures.

Digitized by Google

Acta sunt hec in prato iuxta *Naerdaen*, Peracta in *Dornbach*, Data *Wienne* per manus *Vlrici notarii*. XVI. kalendas Julii, Indictione I. Anno incarnationis domini MCCIIII. (sic) Regnante domino *Friderico Romanorum Rege et Rege Sicilie glorioso*, Anno Regni eius II. Regni vero *sicilie* XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 287. — Die Chronologie ist hier sehr verwirrt, da der Schreiber statt 1214, was er schreiben wollte, 1204 geschrieben. Es muss gelesen werden 1213, wohin die Indiction und die Regierungsjahre K. Friedrich's II. weisen.

CCCLXXXVI. B.

Alte Übersetzung der vorstehenden Urkunde Nro. CCCLXXXVI. A.

IN dem namen der göttlichen vnd der vngeschaiden Driualtichait *Leupolt* Hertzog ze Österreich vnd ze Steyr sprichet also: Wand got ist ein lön vnd ein gellter aller güten dingen, Do von haben wir güt zuversicht, daz uns vör got grözzen lön pringe vnd mere, ob wir mit gůtem willen veruenchlichen betrachten den Gotshäwsern vrid vnd scherm. Dovon tün wir bechant allen christen lewten Mit v̈rchünd diser Schrifft, Daz wir das Gotshaws, das *sand florians haws* ist genant, das wir ausgenömenlichen lieb haben, das enneher langew zeit von werltlicher Richter gewalt ze vnrecht ist beswêrt, vnd manigvalltichlichen geseriget, von allen vnsern sinnen, vnd mit allem vleizze haben zerloset vnd gefreyet von aller werltlicher Richter gewalt Also, daz dicz selbe Gotshow̃s *Örtolfen von Volchenstörf*, der vnser Dinstman ist vnd derselben gegend Lantrichter, do ditzselbe Gotshow̃s inne leit, hat gegeben Vierdhalb Hundert phůnt gaebiger phenning ze vnsrer gegenwürte vnd daz derselbe *Örtolf* alles das recht, das er het an lewten oder an aygen oder an swigetanen gůt desselben Gotshow̃ses von dem rechte werltlichs gerichts aufgab *Otten* dem Tůmvogtt von Regensbůrch Vnd der Tůmvogtt gab vns dasselbe auf, Darzu derselbe *Örtolf*, da sein prüder *Herwört* was ze gegenwürte, vnd auch mit gütem willen gab demselben Gotshaw̃s mit allem aygenlichem rechte seines aygens ze *Gruenenaw̃*, vnd ze *Leimperge* auf dem Letten, Das jerlich rechter güllt auf zwaintzik phunt güllt ist geachtet, Ditz selbe aygen mit allem dem Rechte vnd iz im was gegeben, gab vns dasselbe Gotshaw̃s ze widerwechsel vnd ze erstattunge des gerichts In allem disem recht vnd der erstattunge, vnd wir ez hetten enphangen

Digitized by Google

von dem gotshaws, Lihen wir dasselbe güt dem Tûmuogtt vnd er demselben *Örtolfen* alsam ze widerwechsel, vnd ze erstattunge des aufgegeben Lantgerichts dem offt genanten Gotshaws Hie von wellen wir, daz daz Gotshaws von staetem vrid vnd von ganczer vreyhait sich vrew vnd alles das Recht vnd allew di schulldigung, der iz e was schulldig vnd gepunden werltlichem gericht, geb wir mit eins Swertes opfer auf sand florians allter Vnd alles das Recht der Vogtaye vber alles des Gotshaws güte in dem gerichte, das widerwechsel ist, Das auch mit diser selben Hantvesste ist bestaetigt, geben wir auf denselben allter Mit eines schilldes gâb vmb den ewigen lön Vnd ze erledigen vnd vrein dits gotshaws an allem dem, das im zügehört, swie ez ist genant, lewt, aygen, gebawen oder vngebawen, versûcht oder vnuersücht, das ez hewt hat oder ymmer furbas gewinnet, Ez sey wise, waide, Jaid, vischpân, wiltpân vnd alles das vberal, das das lantgerichte vör der zeit diser hantvesste het oder möchte getziehen oder möchte gepringen in schulldigunge, das vreyen wir allesampt, Dar zu so staetig wir, das von disem tage vnsers aufsats, von erst, daz ymmer fürbas dhainem Lantrichter sey vrlaublich dhaines taydings weise zehaben indert auf des gotshows güte Noch dhain zeit noch dhain stat beschaiden durch gericht noch dhain dingstat haben oder stiften, Noch auf des gotshaws güt noch anderswo dhainen menschen des Gotshaws mügen getwingen, daz iz ze Recht vor im stê, Ez sein pawlewt oder aygenlewt oder czinslewt vmb dhainer slacht sâche noch das dhain werltlicher Richter auf des gotshows güte, noch an dhainer stât von des gotshaws lewten, swi si sind genânt, von chauffe noch von füre dhainen weise dhainew Maût noch dhainen zol sol nemen noch aischen. Wir wellen auch, daz allew di sache, di an des Gotshows gut erwachsen vnd sich vben, di ze beredung oder ze püsse stende werden, daz di vor alles Lantgerichts gewâlt oder vôllge, so gentzlich sein gevreyet vnd ausgenömen, daz alain desselben gotshaws Brôbst vnd sein amptlewt vmb alle di selben sache sullen ir aisch haben vnd swas si erayschent, das süllen si mit Recht volfüren. Geschicht das also, daz ein mensch, das dem Gotshows zugehöret, chûntlich wirt griffen an der Hanthafft der dief oder des todslags oder mördes oder nötnunft oder an swigetaner schullde, di des schulldigen menschen töd mäg eruollen, wand sich geistlicher lewt örden sölhes gerichtes volfuerung nicht vnderwindet, so sol der vôgt, den wir nach des Brôbstes pet in haben gegeben, denselben

Digitized by Google

schuldigen menschen dem Lant-Richter antwürten ze verderben Also, daz alles desselben menschen gůt, ez sey varundgůt oder wi iz haizze dem Gotshawŝ alain werde behallten Jdoch also, daz schulldiger lewt aische süllen haben alain des gotshawŝ amptlewt, vnd wo oder wenn si di vinden, so süllen si di selben schaiden von in vnd tůn ab des gotshawŝ gůt innerhalb eines Maeneits, vnd süllen sich an denselben vertzeichen irr hantvesste Rechtes, vnd ist das Gotshawŝ fürbas nicht gepunden, yemant ze antwürten vmb diselben lewt, swâs si tůn, Alsam geschicht, ob ein mensch das des Gotshawŝ nicht ist, chlait hintz ainem, das dem gotshawŝ zugehört, vor dem Brobst oder vôr seinen amptlewten vnd daz der bechlait vor dem Brôbst Rechts waigert, so sol der chlager sein chlag für legen dem, den im der brobst an vnsrer stat ze schermer hat genömen, vnd ist derselbe bechlait, demselben schermer Rechtes wider, alsam an der stat sol sich der Brobst eins so smaechlichs vraeuels menschen ausnemen vnd seiner hantvesst Rechtes an im vertzeichen vnd sol fürbas sich vmb in nicht annemen, Darzů ander sachen, swie si sein genant, si sein vmb aigens gerichtt, oder vmb varund gůt, di si gegen leib getziechen oder gegen dem gůt oder auf schaden, Ez sey pan, oder aechte, oder vechte, beredung vnd alle geschicht, als lösung, vberuanch, Gavmlös, Etze, Nachtschaden an lewten vnd an aygen, Das alles sullen des gotshawŝ lewt amptlewte mit gericht volfüren, Nů süllen allew die, di disen prief ansehent, oder vernemment, daz wizzen für war, daz wir aller diser sache, vnd der Rechte sunderlichen vnser schaidung so verdechtichlichen mit so gewizzer ausmerchung der schrifft haben gemainchlichen gestaetigt, daz do mit allew ansprach, vnd allew vbler lewte vnrechtew anvertunge werd widertriben, di wellen bechrenchen disen vnsern aufsatz, Mit dem wir vns vleizzen vnd werben allen weise, daz ditz Gotshows mit staetem vride vnd mit ymmer wernder vreyung beleib Vnd daz alle vnser Erben oder ander vnser nachchömen das wizzen, daz si weder mit hin lehen noch mit dhainer frömden weise dise vnser vreiung hantuesste nicht mügen zebrechen noch gechrenchen, Geschicht ez aber von dhainem vnrechtem rat, daz von vnsern Erben oder von andern vnsern nachchömen mit bechrenchung diser vreihait vnrecht geschicht, das wellen wir, daz iz dhainen weise dhain chrafft nicht haben můg Nach diser sache sichtichlicher offenunge, so chrefftig wir disen prief mit vnsers warhafften Insigel zugab an disen selben prief eze staetigunge vnsers endhafften aufsats Vnd daz ditz

Digitized by Google

alles mit ymmer wernder staet sey veruangen, So sterkch wir iz mit Chaiser *Otten* Insigel, vnd mit Chaiser *fridreichs* Insigel alsam mit den zeugen, di hie stent geschriben, Graf *vlrich von Chlamme, Ott der Tumvogt, Vlreich von valchenberch, Hadmar von Chünring, Alber vnd Hadmar sein sün, Vlreich Strüne, Rudolf von Potendorf, Weichart der Truchsaetz, Chadolt vnd Weichart sein sün, Adolt von Chienawe, Dietmar von Liechtenstain, Ott von Chrems, Hadmar von Pavmgarten, Herman von Chranchperch, Vlreich der Esel, Perchtolt von Widerueltt, Otte von Perchtoltstorf, Ott von Pirboim, Vlreich von Chernabrunne, vlreich von Marbach, Perchtolt von Emmerberch, Heinrich von prunne, Leupolt der Schenkch, Alber von Greymstain, Ruprecht de Stal, Dietmar von Chülivbe, Herwört von Volchenstörf, Dietreich von windekk, Deinrat von Kappellen, Oppolt vnd Heinreich di Kamrer* vnd anderr piderber lewt vil. Das ist geschehen auf der wies bei *nêrn* vnd volpracht ze *Dornpach*, Geben ze *weyenn* mit der hannt *Vlreichs* des offen schreiber am xvj tag kalendas Julij, da man zalt von Christs gepurd M. Jar. CC Jar, jm virden, Regnante domino *ffriderico* Romanorum rege et rege *Sycilie* glorioso, anno regni eius secundo, Regni vero *Sycilie* XV^mo^.

Alte Copie auf Pergament mit blauer Initiale, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCLXXXVII.

1213. 16. Juni. Wien. — *Leopold, Herzog von Österreich, bestätigt wiederholt die Freiheit des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia *dux austrie ac styrie*. Ad aggregandum nobis eterne retributionis meritum apud eum, qui piorum studiorum remunerator est et premium, paci maxime et tranquillitati ecclesiarum circumspectiori nos conuenit sollicitudine inuigilare. Vnde cum *sancti floriani domus* per intolerabiles secularium iudicum exactiones enormes diu passa calamitatum miserias nostram sepius imploraret subuentionem, nos afflictionum eius interna compassione miserti totas studii nostri uires pro sua interposuimus liberatione. Sed quia plena pacis securitas et liberationis effectus prefate ecclesie obtineri non poterat, nisi iudici prouincie illius, in qua iam dicta sita est ecclesia, pro emolumento, quod sibi in prediis et hominibus eiusdem ecclesie annuatim accedere asserebat, aliqua competens fieret recompensatio, *Otto* eiusdem ecclesie

Digitized by Google

prepositus cum uniuersitate fratrum suorum bona nobiscum et cum aliis iuris prudentibus deliberatione habita, ut ecclesiam suam cum omnibus ad eam pertinentibus tam prediis quam hominibus a iurisditione secularis iuditii eximeret, *Ortolfo* ministeriali nostro iudici prouincie illius trecentas quinquaginta libras publice monete persoluit. Et quia res mobiles transitorie sunt et transeunt, ne contractus iste lapsu temporis in obliuionem transeat, presentis pagine testimonio omnibus christi fidelibus declaramus, quod iam dictus *Ortolfus de volchensdorf* presente Herbordo fratre suo et consentiente predia sua in *Grênnowe* et *Laeimperge* super *lethten* ad estimationem annue pensionis XX librarum cum iure proprietatis pro CCCtis quinquaginta libris sibi datis prefate ecclesie contulit et sic tandem idem *Ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis iuditii habuit, *Ottoni têmaduocato Ratisponensi* et tvmaduocatus nobis resignauit. Prefata itaque ecclesia predia, que sibi, ut supradiximus, *Ortolfus de Volchensdorf* dedit, nobis in concambium nostri iuris secularis iuditii cum omni proprietate contulit, quibus et nos tvmaduocatum infeudauimus et ille *Ortolfum de Volchensdorf* in reconpensationem secularis iuditii eisdem prediis infeudauit. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli unquam comprouincialium iudicum liceat alicuius placitationis formam in bonis ecclesie habere neque terminum aut locum iuditialem, qui dinestat appellatur, in prediis ecclesie constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue collonos (sic) siue proprios seu censuales ad standum iudicio pro quacunque causa compellere nec de negotiationibus nec de uectionibus uenalium suorum ab eis aliquam pensionem exigere. Volumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cause que in ipsis emerserint, ab ipsa prouinciali iurisditione tam integre sint exempta, ut de ipsis preposito soli eiusque officiario liceat cognoscere et de cognitis difinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii uel criminis, quod mort dicitur, uel aliquid genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie deprehensum fuerit notorie, quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam immobili ecclesie adiudicata persona sola et nuda per eum, qui in defensionem ecclesie uices nostras sibi gerit commissas ad iudicium sanquinis tradatur Omni tamen culpa, que pecuniarias compositiones admittit ecclesie concessa et indulta. Si uero pro redemptione hominis illius

Digitized by Google

conquerentibus satisfieri et de indempnitate prouincie pro eo fide iuberi contigerit, homines ecclesie, si qui pro eo fideiubendo ad penam pecuniariam se obligare uoluerint, in manus prepositi se obligent ceteri uero in manus iudicis. Talium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantum faciant inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Alias uero quascunque causas siue peccuniarias siue prediales siue in personas siue in dampna, pannos (sic), pugnarum expurgationes, omnes obuentiones scilicet losunge, vbervanch, govmlos, noctumos dolos, hasban in prediis et personis suis officiales ecclesie exequantur ita, ut actor semper forum rei sequatur, id est si homo extraneus de homine ecclesie conqueri habeat, a preposito suisque officialibus iudicium expetat. Ceterum anteriorum nostrorum pia facta debita recordatione commendantes ad uniuersorum memoriam reducimus, qualiter *adtrammus de perge aduocatus quondam domus sancti floriani* pro remedio anime sue resignauit in manus *Reinberti episcopi patauiensis*, a quo aduocatiam in pheudum tenebat omnes iustitias aduocatie scilicet placita, bannos et steuras et oblationes et pernoctationes omnisque generis obuentiones. Huius autem iuris resignationem prefatus episcopus ad petitionem dicti aduocati eidem ecclesie super altare sancti floriani tradidit et confirmauit, quoniam autem in diebus nostris super eisdem aduocatie iusticiis predicta ecclesia a quibusdam grauari uideretur, nos, qui eiusdem ecclesie sumus aduocati et ipsius iura et priuilegia ei tenemur defendere, ad peticionem dicti *ottonis prepositi* easdem aduocatie iusticias eidem ecclesie recognoscimus et confirmamus annuentes prefati episcopi priuilegio et nostrum donantes cum rati habitione perpetua. Set (sic) quia ecclesie utilitas exigit, ut propter occupationum nostrarum frequentias alicui uices nostras in deffensionem ecclesie committamus, ne occasione talis commissionis, que pro redimendis ipsius ecclesie obpressionibus a nobis pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedeffensores in illicitas transeant abusiones, noticie omnium uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis commissio, quem prepositus sibi ad hoc ydoneum a curia nostra nostrorumque suecessorum postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate uel iure aduocati sibi usurpato tantum sub nostre nostrorumque successorum legationis officio ecclesie prepositum fideliter manuteneat non se ingerendo nisi illis tantum negociis, ad

Digitized by Google

que prepositus eum expetierit, nullas sibi uendicans utilitates preter pecuniarias compositiones, que pro lesione ecclesie ab extraneis hominibus illata nobis nostrisque successoribus tamquam ueris aduocatis fuerint adiudicate plena tamen prius ecclesie et leso satisfactione exhibita. In hominibus autem et colonis et prediis ecclesie nichil sibi iuris uendicet nomine commissionis nisi forte ad coertionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium commissionvm huiusmodi uicedeffensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei coram nobis nostrisque successoribus ipsum recusare et alium expetere. Et ne diurnitas temporis ulli talium possit in preiudicium ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore amministrationis prepositi talis etiam expiret commissio, donec successor eius a nobis nostrisque successoribus denuo uel ipsum expetat uel alium. Quod et si aliqua forte fuerit occasione neglectum, non tamen ulla unquam contra istud nostre concessionis priuilegium curret quantumcunque longeui temporis prescriptio. Preterea cum pie memorie proauvs noster Livpoldus marchio priuilegii sui concessione omnia predia predicte ecclesie in suo regimine sita ad petitionem *ysenberti prepositi* absoluerit a redditione marchialis annone et omni sui iuris exhibitione, Nos eiusdem super eadem concessione ratum priuilegium ipsam ecclesiam absolutam denunciamus tam a predicto iure quam ab omni solutione uectigalium, que ipsi uel officiales eorum in passagiis nostris uel quibuscunque locis nostri ducatus, que mvotstet dicuntur, actenus persoluere consueuerant statuentes, ut nulla unquam in transuehendo uino uel annona suo nomine thelonei ab eis exigatur pensio sicut specialis priuilegii nostri super eadem concessione tenor continet. Horum autem articulorum tam circa exemptionem ecclesie a foro prouinciali quam circa iura aduocatie et tam cautam expressionem omnivm hanc paginam inspicientium uniuersitas nos ideo nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa et ut nostra nouerit posteritas neque per inpheudationem neque per aliud quodcunque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibus nostris inpheuodatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Sed

Digitized by Google

si quis talis phendi pretextu in dampna ecclesie manum miserit, dampnum reconpenset in quadruplum et quasi elemosine nostre uiolator in deum et in animam nostram reum se esse cognoscat. Ad huius igitur rei euidentiam et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus et perpetuo robore ualituram dominorum imperatorum *Ottonis et Heinrici* (sic) sigillis confirmauimus cum istorum subscriptione testium: *Vlricus comes de Chlamme, Otto tẽmaduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chvneringe, Albero et Hadmarus* filii eius, *Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potendorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Liehtenstaein, Otto de Chrems, Hadmarus de Põmgarten. Hermannus de Chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de Widervelt, Otto de Perhtoltstorf, Otto de Pirbõm, Vlricus de Chaernaebrvnne, Vlricus de Marbach, Perhtholt dapifer de emerberch, Heinricus de prvnne, Livpoldus pincerna, Alber de grimmestaeine, Repreht stal, Ditmarus de chvlevbe, Herbort de Volkenstorf, Ditricus de Windeke, Deinrat capellarius, Opoldus et Heinricus camerarii.*

Acta sunt hec in prato iuxta *Naerden*, Peracta in *dornpach*, Data *Wienne* per manus *Vlrici Notarii* XVI. kalendas ivlii, Indictione I. Anno incarnationis domini MCCXV. Regnante domino *Friderico Romanorum imperatore* (sic) *et rege Sicilie glorioso*, Anno imperii eius II. Regni vero *Sicilie* XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 292. — Die chronologischen Noten sind hier durchaus unrichtig. Dass diese Urkunde an demselben Tage mit der unter Nro. CCCLXXXVI. A. ausgefertigt worden sei, zeigt sich aus der Gleichheit der Zeugen und dem Monatstage, der Indiction, dem Regierungsjahre K. Friedrich's II. und dem Orte der Ausfertigung.

CCCLXXXVIII.

1213. 21. December. Steyr. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt das Eigenthumsrecht des Klosters Garsten auf zwei Lehen in Gaflenz, in welche der Herzog mit Bewilligung des Klosters seine Förster zur Waldaufsicht gelegt hatte.*

Nos *LEVPOLDVS* dei gratia Dux *Austrie* ac *Styrie* Notum fieri cupimus presentibus et futuris, quod cum dilectus nobis *Hademarus* venerabilis *Gerstensis* Abbas esset nobiscum ad sepulchrum domini profecturus, ab ipso petiuimus, vt hanc benivolentiam nobis faceret

Digitized by Google

specialem, quod in duobus prediis Rusticalibus in sua provincia *Gaulenz* donec ad nostrum reditum a sepulchro domini locaremus nostre silue forestarios pro custodia facienda, cum eo tempore circa nostrum forestum nullam Rvsticalem culturam ad hoc habilem cultam sev incultam penitus haberemus, sed statim, cum dante domino ad propria rediremus redditis eidem Ecclesie prediis antedictis nostre silue duceremus aliter providendum. Quod cum dictus Abbas nobis fieri permisisset, ne in posterum aliqua calumpnia ipsi Monasterio valeat suborirj, presentem paginam nostris sigillis firmatam *Gerstensi* Cenobio duximus assignandam. Nullus etiam de nostris forestariis vel aliquibus silue nostre Magistris debet in predicta provincia *Gaulenz*, siluis, Montibus, pascuis, venationibus, piscationibus auctoritatem nostro vel suo nomine aliquam exercere, sed cum omnia ibidem sita donec in flumen *Anasij* ex omnj latere ad proprietatem Monasterij pertineant pleno jure, ipse Abbas et sui homines quietem et pacem continuam optineant A nostris dispensatoribus inconuulsam. Et si nobis forsitan in itinere morte preventis premissa non fuerint adimpleta, quicumque nostrorum heredum vel successorum nostrorum declarationem prefatam negglexerit (sic) aut infringi permiserit a quocumque, revm se delictorum nostrorum in vltimo judicio esse sciat. Huic facto interfuerunt Testes subnotatj, quorum nomina sunt hec: *Erchenbertus de Hagenavve, Otto de Lengenpach, Herrandus de wildonia, Dietricus de Hohenstorphe, Ernestus de Trêna, Hademarus de Chênring, Perngerus de Capella, Gvndacher de Styria, Rvdolfus et Otacher dictj Prerhavenj, Otto Schecho, fridericus de Scatâwe, Hilpoldus Officialis de Styria* et alii quam plures. Datum et Actum *in vrbe Styra* Anno domini M° CC° tercio decimo in festo Thome Apostoli.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Kurz, Beiträge, II. 544.

CCCLXXXIX.

1215. 26. März. Wels. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt die Schenkung von Viechtwang an das Kloster Kremsmünster durch seine Vorfahren und übernimmt wieder die Vogtei darüber.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. *Liupoldus* dei gratia *dux Austrie et Stirie* vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Ne res gesta temporum fluxu obliuionis dispendia pati debeat uel

Digitized by Google

detrimentum per presentium continentiam notitie modernorum et futurorum duximus transmittendum, quod pater noster diue memorie *Liupoldus* illustris dux Austrie et Stirie quoddam predium suum nomine *Viehtenwanch* contulit ecclesie in *Chremsmvnster* cum totali iure aduocatie, quod *foitrehte* dicitur. Sed quia in eodem predio ecclesia specialem poscebat tutorem, datus est ei circa idem aduocatus *Gundakarus de Stira* non feodali aduocatia sed petitionaria, quod vvlgo dicitur *Betfoitaeie*, que aduocatia mortuo *Gundakaro* manauit in filium eius *Duringum* non iure sed abusiua consuetudine; Qui cum eandem quasi feodalem pro aliqua summa pecunie pro pignore obligasset, contigit nos uenire Chremsmvnster proxima dei post Annunciationem beate virginis, ubi ab Abbate et fratribus orta est nobis de eadem obligatione querimonia et sic processum est in caussa, quod sepe dictus *Duringus* recognouit et confessus est aduocatiam illam esse petitionariam et non feodalem. Vnde ut eiusdem causse et facte series in posterum non possit infirmari, paginam nostri sigilli mvnimine roborauimus cum testium appositione tam clericorum quam laicorum. Capellani ducis: Magister *Arnoldus de sancta Petronella*, Magister *Henricus* patauiensis Canonicus et plebanus in *probstorf*, *Heinricus de Puchpach*. Laici: *Dipoldus Marchio de fohburch*, *Albertus de Halse*, *Rapoto de Ahrsen*, *Marquardus de Himperch*, *Hademarus* iuuenis *de Chunring*, *Heinricus de Prunne*, *Vlricus de Bütenberch*, *Chunradus de Wildeke*, *Liupoldus* pincerna, *Wikardus* dapifer, *Alramus de Chrengelbach* et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XV° sub Innocentio papa et Rege Romanorum Friderico. Data in foro nostro Welse vjj° kal. Aprilis per manum Magistri Heinrici plebani de probstorf tunc Notarii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 67, Nro. 54.

CCCXC.

1215. 5. April. Augsburg. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt einen Vergleich zwischen Bischof Manegold von Passau und Herzog Leopold von Österreich rücksichtlich einiger zwischen beiden streitiger Puncte, worunter auch Ansprüche auf die Brücke (? Brückenmauth) zu Ebelsberg.*

(Chrismon.) In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. amen. *Fridericus secundus* diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus et Rex Sycilie. Quia res geste diffidentie periculum

Digitized by Google

et obliuionis dispendia pati frequenter consueuerunt, placuit per presentium continentia notitie modernorum et futurorum transmittere, quod, cum quedam controuersia uerteretur inter dilectum fidelem et consanguineum nostrum *Mangoldum* venerabilem *Patauiensis ecclesie Episcopum* et inter dilectum fidelem et consanguineum nostrum *Luipoldem ducem Austrie et Stirie* super iure patronatus *Wiennensis ecclesie* et super Aduocacia *fori in sancto Ypolito* et super generali terre indicio, quod *Lantgerihte* nominatur, quod idem dux in quibusdam bonis iam dicte pataviensis ecclesie suo iuri uendicabat, et in quibusdam bonis eiusdem ecclesie fodrum, quod vulgo dicitur *Marchetfuoter*, ad se asserebat pertinere, nos iam dictis principibus *in Ciuitate Augusta* in presentia regie sublimitatis constitutis amicabilem inter eos concordiam fecimus et compositionem ita, quod ad petitionem nostram sepedictus dux cessit liti et in manus nostras renunciauit omni iuri, quod habuit uel quod habere uidebatur in predicto patronatu Wiennensis ecclesie et in Aduocatia sancti Ypoliti, specialiter etiam renuncianit fodro et Lantgerihte, quod habuit in quodam predio pataviensis ecclesie, quod dicitur *Swabdorf*, et in omnibus illius attinentiis et quicquid in hiis uel in aliis bone memorie pater suus de iure suo pataviensi ecclesie contulerat, ipse quoque pro se et pro vniversis suis successoribus eidem recognouit; renunciauit etiam liti, quam habuit pro *ponte in Ebelsperch*. Nos autem eandem Aduocatiam in sancto Ypolito et Lantgerihte et Marchetfvter, sicut predictum est, et siqua sunt alia iura, que in causis predictis ad nostram pertinent donationem, de consensu et bona uoluntate ducis concessimus predicto Episcopo et ecclesie sue iure perpetuo possidenda. Vt autem hec nostre benignitatis gratia siue donatio memorato Episcopo rata maneat et inconvvlsa perpetuo perseueret, hanc paginam regio Karactere et sigilli nostri firmitudine fecimus insigniri. Hii sunt testes, qui huic celsitudinis et elementie nostre facto interfuerunt: *Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Otto frisingensis Episcopus, Chunradus Ratisponensis Episcopus, Sifridus Augustensis Episcopus, Chunradus prepositus frisacensis, Ruodegerus pataviensis Canonicus prepositus in Cella, Vlricus pataviensis Canonicus et plebanus in fischa, Heinricus pataviensis Canonicus et plebanus in probstorf. Lodwicus dux Bawarie et palatinus Reni, Dipoldus Marchio de fohburch, Albertus comes de Eberstein, Hartmanus Comes de Wirtenberch, Heinricus de Niffen,*

Digitized by Google

Werenherus de Bonlant dapifer, Waltherus pincerna et alii quam plures.

Signum domini friderici secundi Romanorum Regis invictissimi et Regis Sycilie. (Monogramma.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XV° Indictione III. regnante domino Friderico secundo Romanorum Rege glorioso et Rege Sycilie Anno regni eius tertio.

Datum apud *Augustam* Nonis Aprilis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold I. (Edit. Monac.) 380. — Tolner, Hist. Palat. Cod. dipl. 66. — Lünig, Reichsarchiv, XVII. 780. — Hansiz, Germ. Sacr. I. 359. — Hormayr, Archiv, 1828, 142. — Mon. boic. XXX. I. 26.

CCCXCI.

1215. Griene. — *Marquard, Propst von Waldhausen, und Hartmann, Propst von Ardaker, beurkunden die Beilegung eines zwischen beiden Klöstern bestandenen Streites in Betreff der Pfarre Neustadt durch gewählte Schiedsrichter.*

IN NOMINE SANCTE Et indiuidue trinitatis. *Marquardus Walthusensis* Prepositus et *Hartmannus Ardacensis* Prepositus cum uniuersitate subiectorum Omnibus, qui fide et nomine christiano censentur, salutem in uero salutari. Cum oborte lites non ea facilitate sopiantur, qua solent emergere, que suos etiam auctores raro fore sinunt indempnes, maiori cura semper ad conpositionis festinandum est remedium. Quocirca consideratione habita de modo controuersie inter duas ecclesias nostras, *walthusensem* videlicet et *Ardacensem* super parrochia *Niwenstat*, cum multe hinc inde incassum fierent expense ac graues imminerent labores, ad hunc finem tandem uenire decreuimus, ut consentientes in arbitros quinque uiros idoneos eligeremus, *Perengerum* decanum, *Ebergerum* custodem de choro *Ardacensi*, *Gotschalcum* camerarium, *Herrandum* cellerarium de *walthusensi* collegio nec non uenerande discretionis uirum *ëlricum* decanum de *sancta Agatha*, quibus decidende litis arbitrium conmitteremus. Vt autem factum, quod uniuersitatem tangebat, ab uniuersitate approbaretur, datis et acceptis uicissim litteris de rato ab utroque conuentu amplius nos obligauimus, scilicet cautione fidei et pena centum librarum *Wiennensis* monete ita, ut quicquid prefati arbitri de sepe mota controuersia ordinarent, firmum et inconuulsum stabili iure maneret.

Digitized by Google

Illi ergo uti conpromissum in eos fuerat de causa cogniturі conuenerunt et uisis utriusque partis instrumentis et cause meritum intuentes non de motu proprio, ut estimare possumus, immo animo diuino instructi consilio litem perpetuo fine claudere (?) curarunt, statuentes in primo, ut facta renunciatione de instrumentis utriusque partis super his habitis et habendis *Walthusen* ob diuturnam possessionem, licet fide ac titulo dubitato decetero sicut prius in prætaxata parrochia cum solita et annua pensione *Niwenstat* habeat. Verum quia sepedicta ecclesia *Niwenstat* in terminis *Ardacensium* uidebatur existere, censuerunt, ut prepositus et canonici in *Ardacher* eligant unum dechoro suo pro quocunque petere uoluerint, qui in canonica (sic) faciat residentiam, quem *walthusiensis* prepositus absque contradictione representabit domino *Pataviensi* episcopo in eadem parrochia inuestiendum, qui pensionem debitam et annuam videlicet XX^{ti} Modios siliginis et totidem avene antique et consuete metrete claustri cum omni iure pristino sub pena collati sibi beneficii ante festum S. Martini *Walthusiensi* ecclesie persoluat et in diebus Rogationum cum plebe eiusdem ecclesie *walthusen* ueniat, cereum, sicut consuetum est, secum deferendo. Itemque annexum est, ut si forte dissensio inter prepositum de *Ardacher* et eius conuentum de petenda persona facta fuerit nec infra mensem concordauerint, in arbitrio sit *Walthusiensis* prepositi conferendi iam dictam ecclesiam cuicunque voluerit de choro *Ardacensi*, residentiam in canonica facienti iterumque ius petendi ad prepositum et conuentum de *Ardacher*, sicut pretaxatum est redeat, nisi similis casus interuenerit. Preterea statutum est, ut clericus institutus, si statuto tempore post trinam ammonitionem pensionem debitam non soluerit aut si forte ad maiorem promotus fuerit ecclesiam seu quacunque rationabili causa prebenda illum primari contigerit, consequenter memorata careat ecclesia et alteri residenti canonico predicto modo conferatur. Arbitratum est etiam ut decedente canonico plebano sepedicte ecclesie nec prepositus *dewalthusen* nec prepositus de Ardacher manus ad reliquias mittere presumat decedentis, sed successori illese conseruentur, qui de eisdem reliquiis taxatam pensionem *walthusensi* ecclesie, si nondum fuerit exhibita, teneatur persoluere. Porro ne procedente tempore quispiam successorum nostrorum presentis arbitrii contractum audeat infringere et inmutare, sic inhibemus uiolati pacti reum solutione centum librarum *wiennensis* monete decernentes condempnandum. Et ut hoc factum nostrum ex

Digitized by Google

omni parte auctorabile robur habeat utriusque conuentus *walthusensis* et *Ardacensis*, impressione sigilli confirmamus. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° cc° XV° aput *Grine* in domo iudicis in presentia testium, quorum nomina sunt hec: *Reinhardus* et magister *heinricus canonici Ardacenses. Rugerus plebanus in Chreucen, hermannus presbiter* in *Niwenstat, heinricus de mitterchirchen, vlricus de Ibenperge, vlricus iunior de Imzingen, fridericus de Chlengrube, hermannus, Gerhardus, Rugerus, Marquardus chazze,* burgenses in *Grine. heinricus de Chreuzpach, Richgerus de Özenstein. Dietricus indote.* De familia *ardacensi. vlricus* officiarius, *heinricus* preco, *Otto de Awa, Otto aput riuum, Albertus de chalmunzpach, Chunrat hæftlinc.* Preterea utrique parti placuit presentem paginam dominorum nostrorum videlicet *Pataviensis* et *frisingensis* episcopi sigillo ad maiorem firmitatem forciendam debere ROBORaRI.

Original auf Pergament, mit vier Siegeln, im Museal-Archive zu Linz.

CCCXCII.

1215—1221. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet eine von Seite des Klosters Wilhering mit Heinrich von Tratena eingegangene Übereinkunft wegen eines Hofes zu Wrgldorf.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Vlricus* sancte *patauiensis* ecclesie episcopus. Cum generatio preterit et generatio aduenit et ex tali rerum uicissitudine omnia preterennt more fluentis aque, icirco (sic) necesse est scripto mandari, quicquid ad posteritatis inspectionem debet transmitti, ut fideliter et tenaciter conseruet pagina, quod elabi poterat a fugaci hominum memoria. Ea propter tam presentibus quam futuris patere desideramus, qualiter dominus *ortolfus de teigrenbach* uiam uniuerse carnis migraturus predium suum in *wrgeldorf* situm pro remedio anime sue beate Marie in *willeringen* obtulit, sed hanc eius oblationem et donationem *Heinricus de tretena* hereditaria successione sibi attinere affirmans cassam esse uoluit et plurimis placitationibus aduersus abbatem suscitatis reuocare et retractare omnimodis attemptauit. Tandem uero super uexatione, quam cenobio intulerat, penitentia ductus ad ipsum locum accessit et omne ius proprietatis ad se spectantis super altare sancte genitricis Marie coram multis testibus delegauit. Quo contra abbas de consensu et consilio fratrum suorum acceptis a prefato *Heinrico* duobus

Digitized by Google

talentis ipsum predium ei et uxori sue et uni liberorum suorum *ottoni* uidelicet colendum conmisit, eo dumtaxat tenore, ut, quoad uiuerent, ex ratione culture annuatim in natiuitate sancte marie dimidium talentum soluerent, et hunc annualem censum, si ante festum beati Michahelis exhibere dissimulando negligerent, cum banno uno, id est lx nummorum satisfactione dissimulationem reconpensarent; et post illarum trium personarum decessum cum animalibus et cetero apparatu ad cultum curie pertinenti sine ulla contradictione in usus et proprietatem ecclesie libere deuenirent. Wt igitur Hec omnia ab utraque parte rationabiliter contracta et idoneis testibus insignita stabili firmitate inuiolata permaneant, pactionis huius formam precepimus conscribi et sigilli nostri inpressione Muniri, ne a quoquam posterorum malignitatis ausu presumatur infringi. Huius uero rei testes sunt: *Heinricus decanus de nuenburc, Leo plebanus de grezkirchen.* Laici autem libere condicionis *Heinricus de Wessenberc, albero,* Ministeriales, *Gundaker de stire, Otto* et *siboto de teigrenbac, ortolfus filius ortolfi de teigrenbac, alramus aduocatus, vlricus bircan, verhardus de sincingen, Rvbertus de concingen, Heinricus cecus cônradus de Holzluten, Otto et otaker de stille, Nendingus, albertus euerdingen, cônradus lapicida et vlricus filius eius, teodericus, vecelo, Otaker, et bertoldus, godefridus, cônradus fratres, diepoldus.*

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 504.

CCCXCIII.

1216. Vor dem 16. Juli. — *Papst Innocenz III. bestätigt alle Güter und Freiheiten des Klosters Wilhering und nimmt es in den Schutz des heiligen Stuhles auf.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Cuonrado abbati de Wileringen* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicam conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et uirginis Marie, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo

Digitized by Google

monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cysterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam in *Nuwenhoue*, Portum iuxta claustrum ex utraque parte danubii, Portum contra forum *otensheim*, Transitum in danubio liberum ab illa exactione, que muta dicitur, a *duce lvpoldo* indultum, Siluam, que dicitur *Curenberc*, cuius termini sunt usque ad *ueterem Wileringen*, Possessiones, quas habetis in *ederamsberge*, *Mulebach*, *Ketzingen*, *Harden*, *Nuofarne* et ceteras iuxta *trunam*, in *ruodolfingen*, *Peschingen*, in *Hiltegeringen*, Predia, que possidetis trans danubium, scilicet *Havenarn* (?), *Cogele* et reliqua circumquaque in eadem uicinia sita; Grangiam *yuenberge*, *Greblich*, dimidietatem *silue boemice* a fundatore volrico collatam, Mediam partem campi, qui uulgo dicitur *lobenuelt*, ab eodem acceptam, Decimas a parrochia *grimarsteten* concambio exemptas nec non et sepulturam familie *Babenbergensis* ecclesie, ad quam fundus ipse pertinet, et sepulturum familie de *wassenberch*, ita dumtaxat, ut prius aliquod remedium parrochiano suo prouideant; Curiam *cremese* cum uineis et decimis suis, Curtem in *cymeleup*, allodia in *salabulcha*, possessiones in *pilstein* et *lvpoldesdorf*, Curtem in *cydelarn*, Predia in uilla, que dicitur *Bach* cum pratis, uineis, terris, nemoribus, vsuagiis et pascuis, in bosco et plano, in uiis et semitis et omnibus libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat s . . . . . clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium literarum uestrarum cautione nullus audeat retinere.

Digitized by Google

Quod si quis retinere forte presumpserit, licitum uobis sit in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que uero donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli uestri pro aliquo fideiubeat uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium capituli uestri prudentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si quis forte presumpserit, non teneatur conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis sive ciuilem sive criminalem contineat questionem, fratrum uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere conpellat, nec domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi uel aliquos conuentus publicandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem inpediat aut de instituendo uel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta cysterciensis Ordinis se aliquatinus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humilitate ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata, Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere conpellantur. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub optentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus inpendat. Alioquin liceat uobis

Digitized by Google

quemcunque inalueritis, catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, impendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint siue etiam in mercennarios uestros pro eo; quod decimas non soluitis, siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica uobis benignitate indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus uos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cysterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus racionabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione

Digitized by Google

concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

Monogramma.

Original (?) auf Pergament, im Archive des Klosters Wilhering. — Die Urkunde ist auf italienischem Pergament geschrieben in einer schönen fetten Mönchsschrift. Das Monogramm ist das gewöhnliche (Bene ualete) mit dem mittleren Verbindungsstriche. Der Eingang ist eine verlängerte Cursivschrift. Verdächtig ist der Umstand, dass nie eine Bulle an der Urkunde, wie auch nirgends ein Datum bemerkt wird. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 499.

CCCXCIV.

1216. 27. August. Würzburg. — *Otto, Bischof von Würzburg, verpfändet seinem Capitel für jene 1300 Mark Silber, welche er vom Herzoge Leopold von Österreich für die bischöflichen Besitzungen zu Lambach erhalten hatte, andere noch unverpfändete Güter des Bisthums Würzburg.*

In Nomine Domini amen. Ego *Otto* divina miseratione *herbipolensis episcopus.* Omnes redditus episcopales, qui adhuc non sunt obligati, subnotatos videlicet In *Heidingesvelt* Ad precaria XXX libras, Census officii XVI. libras, vini XXV. carratas; *Randersake* de precaria XX libras, vini vini X. carratas; *Ahusen* denariorum XX. libras, vini de precaria XXI. Carratas, de proprietate XX. Carratas, Siliginis VIII. maltra; *Ossenvort* de censibus XIII. uncias, vini V. carratas;

Digitized by Google

Frikkenhusen de precaria XXX. libras, de censibus vij. libras iiij. uncias vini XXX. carratas; In advocatia *Stephe* XX. libras, tritici C. et XIIII. maltra; In *Hüttenheim* Censuum libram unam; In *Windesheim* denariorum XII. libras, Tritici CC. et II. maltra, Porci XXVII., precaria XXX. libras; In *Berneheim* et in *Gessele* precaria XXX. libras; In *Heilichbrunnen* de mansis XIII. marcas, de piscationibus V. libras hallensium, de villicatione XX. marcas, de precaria denariorum XXX. marcas, vini XXX. carratas, de proprietate vini XV. carratas, tritici, Spette, Siliginis, avene CL. maltra; *Homburch* de censu iiij. libras et dimidiam, frumenti C. maltra, vini XX. carratas; *Karleburch* de teloneo LX. libras denariorum, de Censibus X. libras, frumenti C. maltra, de precaria vini V. carratas, de proprietate vini XXX. carratas; Apud *Seligenstat* de censibus xiiij libras; Apud *Eisleibe* avene L. maltra, tritici XL. maltra, Siliginis LX. maltra, de octo mansis, quorum tres inculti sunt, quinque solvunt V. porcos, tritici V. maltra, Siliginis XV. maltra; *Geltersheim* per totum frumenti CC. L. maltra, porcos X. denariorum VIII. libras; Apud *Ebern*, *Salzburch*, *Vachedorph*, *Mebinhestat*, *Rochperch* per totum denariorum CC. libras, frumenti CCC L. VI. libras et alios, siqui sunt, pro mille et trecentis marcis argenti de *predio Lambach a duce austrie* habitis et pro ampliori summa, quam ab ipso forte recepturus sum, obligo confratribus meis majoris ecclesie et ipsis administrationem eorundem reddituum committo Exceptis obventionibus et lucris incertis, quae praeter ceteros redditus contingit aliquando provenire, et exceptis hijs, que michi ad expensas ab ipsis fuerint deputata, donec per ipsos tota predicte pecunie summa in integrum sit recepta et eosdem redditus pro posse meo tamquam in manibus meis eos haberem, protegam fideliter et defendam. Insuper nec illos nec alios redditus episcopales a festo S. Martini proximo ad tres annos vendam vel obligabo nec aliquo titulo alienabo nec concedam exceptis beneficiis ecclesiasticis, que michi libera reservo, et nisi forte aliqui ad Status mei mutationem vel diminutionem intenderint. Preterea nullam alienationem, que vulgo Dinge dicitur, circa barones terre vel alios faciam vel admittam; Exceptis ministerialibus ecclesie nostre, circa quos etiam capituli utor consilio vel eorum, qui michi ab ipso fuerint deputati; hec autem omnia, que predicta sunt, juro me bona fide, sine malo ingenio et dolo pro possibilitate mea fideliter servaturum, nisi forte hec vel aliqua istorum de consensu capituli vel

Digitized by Google

maioris partis fuerint immutata. Promitto preterea bona fide, quod ad consilium fratrum vel eorum, qui ad hoc specialiter deputati fuerint, expensas et familiam temperabo. Datum *Wirceburch* VI. Kalend. Septembris, Indictione iij. episcopatus mei anno X. Pontificatus Domini Honorii pape anno primo.

Hormayr, Archiv für 1827, pag. 706, aus dem Originale.

CCCXCV.

1217. 21. Jänner. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. restituirt dem Bisthume Passau ein ursprünglich passauisches, dann aber durch Tausch an das Reich gekommenes Fahnenlehen.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuidnae trinitatis. *Fridericus Secundus* diuina fauente clementia *Romanorum rex* et semper augustus et rex Sycilie. Uotis fidelium nostrorum, presertim que ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de consueta regiae serenitatis munificentia pium semper fauorem uolentes impendere presentis Scripti certitudine ad notitiam presentis eui atque ad memoriam futurae posteritatis uolumus uenire, quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis fidelis nostri *Volrici Pattauiensis episcopi*, quem in obsequiis Imperii et nostris iam dudum non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in suae fidelitatis feruore credimus, immo non dubitamus constantem inantea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum quoddam feudum, quod de concambio antiquitus inter Imperium et Cathedralem Ecclesiam Pattauiensem de Regali tunc Caenobio sanctimonialium Intemeratae virginis dei genitricis MARIae facto tunc cessit Imperio, quod feudum vexilli, vulgo Uanlehen appellatum illustris quondam O. *dux Bawarie* ab Imperio dinoscitur assecutus, hoc idem feodum Dilectus consanguineus et fidelis noster *Lodwicus illustris Palatinus comes Reni et dux Bawarie* ad preces nostras in manus regie celsitudinis uoluntarie resignauit nosque illud in continenti prelibato *Vl. pattauiensi Episcopo* et suae ecclesiae liberaliter dignati fuimus conferre et confirmare. Ipse autem Episcopus sollicite procurans ecclesiae sue utilitatem, ipsum feodum statim titulo legalis successionis contulit praenominato duci bawarie ab ipso Episcopo suisque successoribus, non ab Imperio ratione feodi de cetero recipiendum et possidendum. Ut itaque hec apud posteros inconuulsa permaneant et perpeti (perpetim) firmitudine obseruentur, hoc priuilegium ob dilectionis euidentiam memorato

Digitized by Google

Episcopo suaeque Ecclesiae indulsimus Sigillo aureo maiestatis nostrae roboratum. Huius etiam testes sunt *Sifridus sanctae Moguntine sedis Archiepiscopus, Ekkebertus babenbergensis. Sifridus Augustensis, Hainricus Basiliensis Episcopi, Liupoldus dux Austrie et Styrie, Bernhardus dux Karinthiae, Otto dux Meranie, Hainricus nobilis de niffen, Anselmus de Justingen Marescalcus imperii, Waltherus de Sipf (Scipf) pincerna, Dieto Camerarius, Philippus de bonlandia, Hademarus de Wesint, Hainricus de Lonsdorf, Waltherus de Tannenberch, Otto de morsbach* et alii quam plures. Signum Domini nostri Friderici Inuictissimi Romanorum Regis et (Monogramma) Semper Augusti et Gloriosi Regis Sycilie. Ego *Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aule Cancellarius* vice domini Sifridi Moguntinae sedis Archiepiscopi; totius Germanie Archicancellarii recognoui. Acta sunt hec Anno domini Millesimo ducentesimo XVII. Regnante domino FREDERICO secundo diuina fauente clementia Romanorum Rege et semper Augusto et glorioso Rege Sycilie, Anno Romani Regni ipsius Quinto, Sicilie uero XVIII°. Datum *in sollempni Curia Apud Nuoremberch* Anno pretaxato XII. Kalend. Febr. Quintae Indictionis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, I. 381. (Edit. Monac.) — Tolner, Hist. Palat. Cod. dipl. 64. — Mon. boic. XXX. I. 54.

CCCXCVI.

1217. 24. Jänner. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. verleihet dem Bisthume Passau die Grafschaft im Ilzgau.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. *Fridericus secundus* diuina fauente clementia *Romanorum Rex* Semper Augustus et Rex Sycilie. Uotis fidelium nostrorum, presertim quae ad manifestos Ecclesiarum usus cedere uidentur, de consueta regie serenitatis munificentia pium semper fauorem uolentes impendere presentis Scripti certitudine ad notitiam presentis eui atque ad memoriam future posteritatis uenire uolumus, quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis fidelis nostri *Volrici Pattauiensis Episcopi*, quem in obsequiis Imperii et nostris iam dudum non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in sue fidelitatis feruore credimus immo non dubitamus constantem in antea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum *Comitatum prediorum ecclesie*

Digitized by Google

Pattauiensis sitorum per loca *Ylsgowe* nuncupata, quem *Comitatum* dilectus fidelis et consanguineus noster *Lodwicus palatinus comes Reni et Dux bawarie* ex concessione diuorum progenitorum nostrorum Romanorum Regum et Imperatorum iure hereditario tunc temporis quiete tenuit et possedit, de pleno assensu et mera uoluntate eiusdem ducis ab ipso duce in manus eminentie nostre resignatum Statim presente et petente eodem Duce contulimus memorato *Episcopo Ulrico et sue Ecclesiae* ab ipso suisque successoribus Patauiensis Ecclesie Episcopis titulo legalis feudi perpetuo possidendum. Ad cuius rei euidentiam, robur atque perpetuam memoriam presens Scriptum sepedicto episcopo et Ecclesie pattauiensi indulsimus aurea bulla regiae maiestatis nostrae communitum, Statuentes atque sub interminatione gratie nostre districte precipientes, ne ulla umquam persona humilis vel alta, Secularis siue Ecclesiastica hanc nostre concessionis et confirmationis gratiam infringere vel ei aliqno temmerario ausu presumat obuiare. Huius rei testes sunt: *Sifridus sanctae Moguntine sedis Archiepiscopus, Ekkebertus babenbergensis episcopus,Sifridus Augustensis episcopus, Hainricus basiliensis episcopus, Liupoldus Dux austrie et Styrie, Bernhardus dux Karinthiae, Otto dux Meraniae, Comes adolfus de Sowenburch* (Schowenburch), *Hainricus nobilis de Niffen, Anselmus de Justingen marescalcus Imperii, Waltherus de Sipf* (Scipf) *pincerna et Chuonradus frater eius, Dieto camerarius, Philippus de bonlandia, Hademarus de wisint, Hainricus de lonsdorf, Waltherus de Tannenberch, Otto de morsbach* et alii quam plures. Signum Domini Friderici inuictissimi Romanorum Regis (Monogramma) et semper Augusti et Gloriosi Regis Sycilie. Ego *Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aulae Cancellarius* vice domini Sifridi Moguntini archiepiscopi totius Germaniae Archicancellarii Recognoui. Acta sunt autem hec anno domini Millesimo CC°XVII° Regnante domino Friderico secundo diuina fauente clementia Romanorum Rege et semper Augusto et rege Sicilie inuictissimo, anno Romani Regni eius Quinto, Sicilie uero XVIII° feliciter.

Datum *in sollempni curia apud Nuremberch celebrata* anno pretaxato VIII° Kal. Febr. Indictione V^ta^

Original auf Pergament mit Siegel, im konigl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. XXX. 1. 56.

Digitized by Google

CCCXCVII.

1217. 5. Februar, Steier, und 15. Mai. Admont. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Kremsmünster von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.*

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego *Liupoldus* Dei gratia *dux Austriæ et Styriæ Rudolfo venerabili Abbati Chremsmunstrensi* ejusque successoribus in perpetuum. Inter alia, quæ a nobis in transactionibus geruntur, legitimis ea præcipue litterarum indicijs liganda seu stabilienda ac posterorum memoriæ commendanda duximus, in quibus Ecclesiarum pacem ac servorum Christi quietem decernendo studium pietatis impenderimus. Præsentibus igitur atque futuris Christi fidelibus hujus paginæ testimonio declaramus, quod nos Ecclesiam Chremsmonasteriensem a seculari judicum exactione longis a retro temporibus enormiter læsam toto studij nostri conamine interposito ab ipsorom judicum sæcularium potestate hoc modo liberavimus et absolvimus, Videlicet quod jam dicta Ecclesia *Ortolfo de Volchenstorf* ministeriali nostro judici provinciæ, in qua eadem Ecclesia sita est, quadringentas libras publicæ monetæ nobis mediantibus persolvit et idem Ortolfus omne jus, quod in prædijs et in hominibus ejusdem Ecclesiæ ratione jurisdictionis sæcularis habebat, *Ottoni tum Advocato Ratisponensi* et ille nobis uterque manu ad manum resignavit. Sane quia contractus iste ad proventum Ecclesiæ inter nos et ipsum Abbatem in Dominica, qua cantatur Esto mihi, in *castro nostro Styræ* est celebratus præsentibus Prælatis nostræ ditionis et in præsentia *Diepoldi Marchionis de Vochburch*, Baronum quoque seu Ministerialium nostrorum, nos prænominatam Ecclesiam ab omni sæcularis jurisdictionis vinculo pronunciamus prorsus absolutam. Volentes igitur eandem Ecclesiam plena pace et libertate gaudere omnes justitias et noxietates, quibus sæculari jurisdictioni prius erat obnoxia, glorioso Christi Martyri Agapito pro æterna remuneratione per oblationem gladij delegando contulimus. Unde decernimus, ut ab hac die nostræ constitutionis in antea nulli unquam sæcularium judicum liceat alicujus placitationis formam in prædiis Ecclesiæ exercere nec homines ipsius Coenobij sive colonos in prædijs Ecclesiæ sive ministeriales sive proprios sive censuales ad standum suo judicio compellere nec de negotiationibus neque de vectionibus venalium suorum aliquid ab eis exigere. Volumus enim, ut tam ipsius Ecclesiæ

Digitized by Google

prædia quam omnes causæ, quæ in ipsis emerserint, ab omni jurisdictione sæculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli Abbati et ejus Officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Vt autem hujusmodi prærogativa Ecclesiæ Chremsmunstrensi a nobis ob remedium animæ nostræ ac parentum nostrorum eidem loco indulta tutior perseveret et inviolabiliter conservetur, placuit nobis juxta petitionem Abbatis, ut ab ipso persona, quam sibi viderit congruam vel idoneam, a nobis postuletur, quæ voluntate et instructione Abbatis vel officialium suorum justitiam eis exigat et contra omnes injurias et violentias auctoritate a nobis accepta fideliter eos defendat. Et ne diuturnitas temporum ulli talium possit in præjudicium Ecclesiæ suffragari, liceat Abbati eamdem personam singulis annis vel ante anni terminum, si voluerit, mutare. Illis autem, quibus nos secundum prædicti petitionem Abbatis præmissorum executionem mandaverimus, hanc formam servare debent, ut in prædijs et bonis Ecclesiæ fures non capiant sed sicubi fures notorie devicti fuerint, vel deprehensi, præcones Abbatis illos absque omni læsione Ecclesiæ tantum, sicut cingulo clauduntur, ipsis assignent. Præterea si quispiam in exhibenda Ecclesiæ justitia rebellis extiterit, talis a prædicto exsecutore coerceatur, secundum quod Abbas et ejus officiales sibi indixerint faciendum et si per se vel per suos vel etiam per homines Ecclesiæ id facere non potuerit, auxiliarios sibi de nostris, quibus ipse causam indicaverit, assumendos esse mandamus. Noverit ergo nostra posteritas neque per infeodationem neque per aliud quodcunque genus alienationis hujus exemptionis privilegium infringi posse vel aliquatenus violari. Quodsi in ejus præjudicium aliquo præcipiti consilio, quod absit, ab heredibus nostris infeodatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore vacuam censemus omnino non tenere; Sed siquis talis feodi prætextu in damna Ecclesiæ manum miserit, damnum recompenset in quadruplum et quasi eleemosynæ nostræ violator in Deum et in animam nostram reum se esse cognoscat. Ad horum autem omnium evidentiam, quæ hujus privilegij nostri tenor continet, et nostræ diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam præsentem autentici sigilli nostri impressione insignimus robore perenni valituram cum subscriptione, qui primæ transactioni apud styram interfuerunt: *Gotfridus Abbas Admontensis, Chunradus Abbas Garstensis, Ditmarus Abbas Sittanstetensis, Dytpoldus Marchio de Vohburch, Otto advocatus de Lengebach, Otto de Ror, Gundaker de Styr, Otaker Priuhauen, Imbrico de*

Digitized by Google

Steinbach. Deinde vocato Abbate ad *novam civitatem in publico placito nostro* hoc ipsum factum nostrum declarantes, plures ei testes adhibuimus. Qui sunt *Liutoldus Comes de Hardek, Vlricus Comes de Chlam, Herandus de Wildonia* et testes alij quam plurimi in privilegio annotati. Datum apud *Admunt* Idus Maij anno Incarnationis Domini MCCXVII. Indictione V. Pontificatus vero Domini Honorij Papæ anno primo, Feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Rettenpacher, Annal. Cremifan. pag. 173. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 68, Nro. 55.

CCCXCVIII.

1217. 14. Juni. Passau. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die Freiheit des Klosters Kremsmünster von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.*

IN nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus et Rex Siciliæ universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quod studio piorum geritur, pium est et condecens, ut id tenore stabili roboretur. Hinc est, quod nos considerantes devotionem dilecti consanguinei nostri *Liupoldi Ducis Austriæ et Styriæ*, quam in *Coenobio Chremsmonasteriensi* ostendit, ipsam in Domino commendamus. Præfatus enim Dux omnia prædia et homines memorati Coenobij a secularis potestatis judicio exemit omnimodis usque adeo, quod *Ortolfus de Volchenstorf*, qui fuit judex provinciæ in prædijs ejusdem Monasterij resignaret judicium illud in manus *Ottonis Ratisponensis Ecclesie advocati*, a quo tenebat in feodo, idemque advocatus resignaret illud manibus jam dicti Ducis itemque Dux glorioso Christi Martyri Agapito præfatæ Ecclesiæ patrono auctoritate nostra assignaret. Adjecit etiam, ut nec ipsemet nec aliquis successor suorum idem judicium possit in posterum alicui infeodare et si infeodatio aliqua, quod absit, de facto contigerit, censemus omnimodis irritandam. Præterea memoratus Dux judicem dicto Coenobio constituet, quemcunque Abbas cum fratribus sæpe dicti Coenobij postulaverit, tali forma, ut liceat ipsis quolibet anno mutare judicem vel etiam ante anni terminum, si sic ipsis visum fuerit expedire. Hæc et alia, quæ in privilegio continentur, quod ante dictus Dux Ecclesiæ Chremsmonasteriensi exhibuit, rata habentes et approbantes auctoritate regia confirmamus. Et ut factum hujusmodi irritari nequeat, sed semper maneat inconvulsum,

Digitized by Google

præsentem paginam sigilli nostri impressione fecimus insigniri testium nominibus, qui interfuerant, subnotatis: *Otto Frisingensis Episcopus, Ulricus Pataviensis Episcopus, Ludwicus Dux Wawariæ Palatinus Rheni, Diepoldus Comes de Hohenburch, Rapoto Palatinus Wawariæ, Heinricus Comes de Ortenburch, Egeno Comes de Urach, Chunradus Hallegravius de Wazzerburch, Ulricus Comes de Chlam, Heinricus nobilis de Aiffen, Chunradus nobilis de Altaih, Otto Ratisponensis Ecclesiæ Advocatus, Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberch, Otto Decanus Pataviensis, Chalhohus Pataviensis Canonicus, Walchunus Pataviensis Canonicus, Chunradus Pataviensis Canonicus majoris Ecclesiæ Plebanus, Heinricus de Petempach Archipresbyter, Hartimannus Ardacensis Præpositus, Marquardus de Hintperch, Rudolphus de Potendorf, Heinricus de Zewingen, Hadmarus de Chunring, Chalhohus de Gnannendorf, Liupoldus de Molantsdorf, Heinricus de Triwanswinchel, Otto de Puchpach, Heinricus de Puten, Hadmarus de Wesen, Liutoldus de Saverstetten, Heinricus de Lonstorf* et alij quam plures. Datum *Pataviæ* XVIII. Kal. Julij anno Dominicæ Incarnationis MCCXVII. Indictione V. Anno regni nostri quinto.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Rettenpacher, Annal. Cremifan. pag. 176. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 74, Nro. 57.

CCCXCIX.

1217. 2. Juli. Wien. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet den mit Heinrich von Wassenberg (Wachsenberg) abgeschlossenen Vertrag in Betreff der durch den Tod Karl's von Wessenberg erledigten passauischen Lehen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus dei gratia Patauiensis episcopus* Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis perpetuam in Christo salutem. Vniuersitatis uestre memorie commendamus, quod, cum domino *Cholone nobili uiro de Wessenberch* uiam uniuerse carnis ingresso feodum, quod ipse suique progenitores a nostra habebant ecclesia, uacare cepisset, *heinricus* frater ipsius Cholonis hoc tamen feodum, quod pater ipsius possedit ab ecclesia, sibi inpetrauit sub hac lege concedi, quod ipse prediorum suorum centum hubas et insuper *castrum Griezpach* cum omnibus suis pertinentiis et familie sue XLVI. utriusque sexus militaris

Digitized by Google

condicionis homines super Altare beati prothomartiris Stephani infra festum beati Jacobi proxime ueniturum cum pleno iure et libertate omni sublato contradictionis scrupulo se traditurum hac conditione promisit, ut, si ipse hec omnia pretaxato termino non compleret, castrum Griezbach et *forum in Velden* utrumque cum omnibus suis pertinentiis uel proprietatis loco pignoris nobis crederet possidendum. Nos autem peticioni ipsius heinrici beniuole postmodum accedentes diem tradicionis huiusmodi usque ad festum Martini subsecuturum proxime uolumus prolongare, ita tamen sub forma pacti premissi, quod si ipse eo die uel infra plene non soluerit tradicionem eandem, ueluti est promissum, Castrum Griezbach et forum Velden utrumque uidelicet cum suis pertinentiis secundum adtestacionem testium, qui priori intererant contractui, statim uel proprietatis loco uel loco pignoris pro traditione tali cessante occasione omnimoda nobis cedat. Sed et hoc duximus adnectendum, quod tradendorum ecclesie nostre hominum iam sex tradidit iure plenario possidendos. Castrum quoque Griezpach cum suis pertinentiis similiter tradidit et traditum in feodo a manu nostra recepit. Reliquos uero homines cum centum hubis illis, si eas, sicut prediximus, ecclesie nostre donauerit, ipse in feodo a manu nostra reciperet sibi et filiis suis tantum, si quos habuerit, ad dies uite sue tenendos, quibus de medio sublatis nullus postea successorum siue heredum suorum tam in hiis omnibus quam in feodo patris sui, quod ipsi contulimus, quicquam iuris uendicare debebit sed omnia tunc insimul ad ecclesiam reuoluentur. Ne autem hunc contractum propter fragilitatem humane memorie aliqua calumpnia seu aliquis inopinatus euentus possit infringere uel turbare, ipsum biformi pagine nostro sigillo signare, subscriptis testium nominibus iussimus adnotari, quorum ad firmiorem cautelam ipse hinricus vnam, nos uero alteram duximus conseruandam. Hii sunt *Magister haeinricus scriba austrie, Marquardus de hintperch, Rudolfus de Potendorf, Livtoldus de Sauerstetin, Otto de Morspach, Sigehardus pibro, Marquardus de velwen, Gotfridus camerarius, Erlolfus ciuis Wiennensis, Albero Gneuso* et alii plures. Actum *Wienne* VI. Nonas Julii anno domini M. CC. XVII. Indictione V. Pontificatus nostri anno secundo.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 295, ex libr. cop. patav.

Digitized by Google

CCCC.

1217. Wels. — *Hartneid von Ort entsagt allen Ansprüchen auf die Gerichtsbarkeit über die Unterthanen des Klosters Garsten und Kirchdorf.*

Ego *Hartnidus de Ort Marschalcus Styrie* Notifico vniuersis hanc litteram inspecturis, quod, cum venerabilis Abbas *Gerstensis* Ecclesie nomine *Reimbertus* coram domino meo illustre (sic) *Duce Austrie* et *styrie Livpoldo* proposuisset contra me querimoniam super eo, quod officiales mei et iudices circa *Chirichtorf* in illo iudicio, quod a me semper in illis partibus habere noscebatur, homines *Gerstensis* Ecclesie, qui vix vndecim nummero (sic) habebantur, et iudiciis et locis statutis volebant sepius ad sua tribunalia coartare et nisi coram eisdem meis iudicibus iuri starent, ad emendationes sicut alios illius provintie indigenas acriter conpellebant, ego non ualens dicte *Gerstensis* Ecclesie uel abbatis prefati pressuras in meam animam sustinere, precepi meis iudicibus et officialibus *Hilpoldo* et omnibus aliis sibi succedentibus, quod de cetero nunquam cogitent perturbare predicti Monasterii Colonos et homines occasione premissa, ut ipsa Ecclesia deinceps tali gaudeat libertate. Huius rei Testes sunt dominus *Vdelschalcus de Chlaus, dominus Otacherus de Slirbach, dominus Gundacherus de styr, dominus Otto de Rór, dominus Rvdolfus de Lauterpach, Wilhalmus de persenbach, Hertwicus, Heinricus, Perchtoldus, Eberhardus de Wessencke* mei fideles et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentes litteras abbati de *Gersten Reimberto* et suis successoribus tradidi ad cautelam. Datum et Actum in *Welsa* anno domini M° CC° XVII° in christo feliciter AMEN.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive zu Garsten.

CCCCI.

1218. 5. Jänner. Lateran. — *Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Florian den Besitz der Pfarrkirchen St. Michael in der Wachau, Ried, Feldkirchen und Vöcklabruck.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Preposito et Conuentui *sancti floriani* salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris

Digitized by Google

iustis postulationibus grato concurrentes assensu sancti Michaelis de *Wachow*, de *Riede*, de *Veltkirch* et de *Vekelahbruc* ecclesias, sicut eas iuste ac pacifice possidetis et in autenticis Episcoporum *Patauiensium* dicitur contineri, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* Nonis Januarij, Pontificatus nostri anno Secundo.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCII.

1218. 20. Juni. — *Abbt Conrad von Langheim verzichtet auf alle Ansprüche auf das von Kalhoch von Falkenstein zu Schlägel gestiftete Kloster.*

Nos *Chundericus* totusque Conuentus monasterii in *Langhaim* Uniuersis uolumus fore notum tam præsentibus quam futuris, quod in loco, qui *Slage* nuncupatur, honorabilis vir Dominus *Kalchochus de Valckenstain* ad honorem Dei et B. Virginis *coenobium ordinis nostri* construxerat et fundarat, in quo fratres nostri ordinis *ex nostro monasterio primo* instituit et locauit et eundem locum cum omnibus ad dictum locum spectantibus nobis et ecclesiæ nostræ commiserat et donarat perpetue possidendum. Et cum in saepedicto coenobio fratres ecclesiæ nostræ aliquot annis cum magnis defectibus permanerent, quadam uice penuria et defectu uestitum continue aggrauati, locum relinquentes desolatum nocturno tempore pariter inde ad nostrum monasterium redierunt. Prædictus uero *Kalchochus* fundator præfatum locum nobis renunciantibus monasterio et abbati *Milocensi* (sic) et ordini Præmonstratensi tradidit et assignauit de nostra spontanea voluntate. Eapropter ad petitionem fundatoris prætactum locum seu coenobium in *Slage* cum omnibus ad eundem spectantibus tradimus monasterio et Abbati in Milewsk, sicuti nostro ordini et nostræ ecclesiæ traditus fuerat et commissus, renunciantes omnibus priuilegiis nostris habitis et habendis et cuilibet iuri nostro tam Canonico quam ciuili. In cuius rei testimonium præsentes litteras dedimus sæpedicto loco monasterio in *Milewsk* (sic) conuentui et fratribus sigilli

Digitized by Google

nostri munimine consignatas. Datum anno domini M. CC. XVIII. XII. Kal. Julii.

Aus einem Copialbuche vom Jahre 1497, im Archive des Klosters Schlägel. — Milewsk ist Mühlhausen im Taborer Kreise des Königreichs Böhmen.

CCCCIII.

1218. 2. Juli. Landshag. — *Ulrich, Bischof von Passau, incorporirt der Abtei Kremsmünster die Pfarre Buchkirchen.*

† C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vdalricus* dei gratia patauiensis ecclesie episcopus. Exemplaris forma ab antecessoribus nostris uiris deo deuotis nobis premonstratur ecclesias dei, in quantum possumus honorare, pauperes christi ecclesiasticis impendiis sustentare atque per eorum suffragia nobis diuine misericordie uiscera dilatare. Inde est, quod nos auctoritate dei patris misericorditer inducti et precibus uenerabilis fratris nostri abbatis *Růdolfi* fratrumque suorum in *Chremise* monasterio ex consilio chori archipresbiterorum et decanorum nostrorum benigne concessimus, ut ecclesiam suam *Pêchchirichin* totaliter iuri et dispositioni eius contraderemus ita uidelicet, ut eadem ecclesia per ipsum et successores eius in omnibus diuinis instituatur, nec de cetero opus habeat, ut de altaris inuestitura uel coram nobis uel successoribus nostris ulla de cetero requisitio habeatur. Ne autem hec concessio nostra ab aliquo successorum nostrorum infringatur aut cassari ullatenus adtemptetur, presentis pagine priuilegium sigillo nostro roboramus et districto anathematis uinculo omnes preuaricatores et contemptores huius traditionis nostre innodamus, dilectores uero et conseruatores huius actionis omnipotentis dei gratie et protectioni committimus. Testes huius actionis: *Otto* Maioris ecclesie decanus, *Hartnidus* prepositus et canonicus, *Heinricus* canonicus, *heinricus* archipresbiter et canonicus, *Marquardus* capellanus, *Chunradus de heiliginstat*, *Chunradus* notarius, *Růpertus* plebanus de *talheimin*, *Chunradus* plebanus de *Půchirichin*, *Heinricus de scowenberch*, *Heinricus de winisperch*, et frater eius *Wernherus*, *Rudgerus biber* et *Sighardus* frater eius, *Arnoldus biber*, *Gundacher chraier* et *Otto de ebilsperch*, *Heinricus de Trůna*, *Vlricus de dahsperch*, *Otacher de stein*, *Liutoldus dapifer de scowenberch*, *Otto de Galspach*, *Chunradus spisaer*.

Digitized by Google

Datum apud Lantshabe vj nonas Julii Anno Incarnationis domin M° CC° xv̄jjj. Indictione vj^ta Pontificatus uero domini Honorii pape Anno jj° Feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 75, Nro. 58.

CCCCIV.

1218. 9. Juli. — *Erneuerter Stiftbrief des Klosters Schlägel durch Kalhoch von Falkenstein.*

Ego *Kalchochus de Valckenstain* ministerialis Ecclesiæ *Patauiensis* ad notitiam tam præsentium quam futurorum cupio peruenire, ad quos præsens peruenerit scriptum, quod in bonis meis in loco, qui dicitur *Slage*, Coenobium exile ad honorem Dei et Beatæ Virginis Mariæ fundaui de Domini *Wolkeri Episcopi Patauiensis* voluntate beneuola et consensu, quod ordini *Griseorum* dederam, et ipsum locum et coenobium abbati et ecclesiæ in *Langhaim* commiseram in perpetuum ad regendum. Cumque domini fratres ecclesiæ de *Langhaim* in *Slage* annis septem cum dimidio permansissent, quodam tempore ipsum locum solitarium relinquentes, in *Langhaim* ad monasterium suum, unde uenerant, noctis in silentio redierunt, secum assumptis libris, calicibus et ornatu, de quo fui nimium conturbatus, quod ipsi coenobium per me ipsis traditum comtempsissent. Tamen ego trinos nuncios cum litteris ipsis direxi supplicans, ut redirent, diligentissime et inuitans. Qui deliberatione præhabita de communi consilio mihi remandauerunt, quod unus Abbas et unus monachus ibi præ fame et frigore essent mortui et quod locum non amplius curarent et quod ipse fundator locum et fundationem suam in *Slage* assignaret et daret, cuicumque vellet, de eorum grata et mera ac spontanea voluntate. Tunc ego quid facerem ignoraui. Tandem de consilio sapientum ac etiam amicorum fundaui coenobium in alio loco et idem coenobium cum omnibus attinentiis commisi et assignaui libere et solute abbati et conuentui in *Milewsk* ad tenendum perpetue et regendum secundum B. Augustini et Præmonstratensium regulam et statuta, et in ipso coenobio fratres cum præposito ex præfato coenobio actuali vita et residentia collocaui. Et ne alicui in posterum super his dubium oriatur, in huius rei testimonium et cautelam dedi præsentes litteras sæpedicto præposito ac fratribus mei sigilli munimine roboratas. Huius rei testes sunt *Chundericus filius meus*, *Otto de Wesen cum*

Digitized by Google

fratre suo Henrico, Sigifridus de Morspach, Wernherus de Haichenpach, Rudegerus miles Wesnerii. Engelbertus miles de Liechtenek, Rupertus, Leopoldus, Gerungerus, Petrus, Fridericus clientes mei. Datum anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo VII Idus Julii.

Aus einem Copialbuche vom Jahre 1397, im Archive des Klosters Schlägel. — Pritz, Geschichte des Landes ob der Enns, I. 375.

CCCCV.

1218. 22. October. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die Verpfändung des Schlosses Viechtenstein durch den Grafen Conrad von Wasserburg an das Bisthum Passau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia *Romanorum Rex* semper Augustus et Rex Sicilie. Salutiferum in domino nobis esse credentes, si manum regie maiestatis nostre ad confirmationem illorum extendimus, que promotionem ecclesiarum euidentius operari noscuntur, uniuersorum memorie presentem paginam intuentium commendamus, quod *Chunradus nobilis comes de wazzerburch* sancte crucis signo signatus *castrum suum vihtensteine* proprietatj sue adtinens cum omnibus pertinentiis, ministerialibus uidelicet et aliis hominibus, uillis, agris, pascuis, nemoribus, terris cultis et incultis atque aliis rebus omnibus ad idem castrum pertinentibus pro anime sue salute *Patauiensi ecclesie* talj lege donauit, ut, si ipse sine herede decesserit, idem castrum cum predictis suis pertinentiis ipsi cedat ecclesie possidendum perpetualiter cum omnj eo iure, quo ipse comes illud dinoscitur possedisse. Preterea uenerabilis ipsius *Patauiensis ecclesie episcopus Vlricus* noster princeps familiaris et dilectus idem castrum cum prefatis suis pertinentiis in possessionem ac ditionem suam pleno iure ab eodem comite titulo pignoris iam recepit ipsi comitj mille marcas mutuans, cum quibus expleat uotum crucis, Et utique ipsi comitj a crucis expeditione reuerso non licet idem castrum redimere nisi simpliciter de propriis suis rebus, Sed etsi fuerit sic redemptum, non debet alienorum sed suj solius usibus subseruire, ne per occupationem seu uiolentiam alienorum ecclesia memorata donatione possit hujusmodj defraudari. Nec pretermittendum duximus, quod ipsi comitj, cum peregrinationis uotum compleuerit, idem episcopus debet in feodo concedere reddituum annualium ad XXX talenta, quorum ipse comes XX. ad manus annuatim percipiat, reliqua decem sint infeodata, cuius etiam feodj

Digitized by Google

situs ipsi, ante quam iter peregrinationis incipiat, ab episcopo ostendetur. Insuper feodum condecens et honestum, quantocjus uacauerit, ipse episcopus comitj conferet sepedicto. Ne autem hujus donationis tractatum ulla possit calumpnia in posterum perturbare, dupliej pagine nostro sigillo signate ipsum cum testium nominibus, qui ej interfuerunt, annotari fecimus, quarum alteram episcopo, alteram uero comitj curauimus firmioris cautele gratia exhibere. Hij sunt testes: *Theodericus Treuerensis archiepiscopus, Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Chunradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aule cancellarius, Otto Erbipolensis episcopus, Otto frisingensis episcopus, Ludewicus Palatinus Rehni et dux Bawarie, Theobaldus dux Lothoringie, Rapoto Palatinus Bawarie, Heinricus comes de Ortenberch, Burchardus comes de Mannesvelde, Hermannus comes de hartesburch* et alij quam plures. Datum apud *Nerenberch* xi. Kalend. Nouembris Anno dominj M°cc.xviii° Indictione vii°

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. XXX. I. pag. 74.

CCCCVI.

1218—1228. — ***Der Propst zu Reichersberg gibt dem Hermann Rughalm als Ersatz für den Schaden, welchen das Mühlwasser in Chadelingen angerichtet, einen Ackergrund.***

H. dei gratia *Richerspergensis* ecclesie prepositus cunctis has literas perspecturis salutem in perpetuum. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod *hermannus* cognomento *Rughalm* nos *Richerspergenses* inpetebat, se a nobis dampnum sustinere, quod aque meatus molendini nostri in *ẽruanch* in *chadeligne* occuparet partem predii sui ibidem positi. Que lis in arbitros commissa tali modo est decisa, ut nos *richerspergenses* de curia nostra in *chadelign* iam dicto *hermanno* daremus agri culti XII. cubitos, quod uulgo holzellen uocatur, que mensura a uiris prudentibus trutinata computata est ad sex agros et quatuor partes, quod uulgariter dicitur drumer, et ita diffinitum est, ut ipse hermannus pro dampno suo talem reconpensationem haberet, ut in uno tantummodo campo sibi demonstrato ....*) Nobis vero *Richerspergensibus* aque meatus, pro quo

*) Entweder ist hier ein Wort ausgelassen, oder das „ut“ ist überflüssig.

Digitized by Google

lis agebatur, cum omni iure molendini in quieta et uera possessione permaneret. Si autem inundatione aquarum, ut sepe fieri solet, idem meatus irrumpatur, molendinarius de consilio uicinorum tali cautione reparare studeat, ne aliqua inde auersio oriatur. ut hec compositio in futurum stabilis permaneat, sigillum nostrum appendimus atque testes, qui interfuerunt, subscribimus: *Heinricus miles de castro scŏmberch. Hertwicus de hetcingn, Otto de sconnpuhl, Wernhardus iudex prioris anni illius facti, Irnuridus tunc temporis iudex, Bernhardus lurzarius, Gerungnus Ŏez, Sifridus familiares ecclesie de asca, Marquardus tunc uillicus in chadelign, Heinricus molendinarius, Meinhardus de uihpach, Manigoldus censualis noster et filius suus, Chŭnradus hospes, Heinricus seruus cellerarii* et alii quam plures.

Aus einem gleichzeitigen Copialbuche, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCVII.

1219. 18. März. Lateran. — *Papst Honorius III. nimmt das Kloster Reichersberg, dem er seine Rechte und Freiheiten bestätigt, in seinen besonderen Schutz.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Henrico* Preposito et fratribus *Richerspergensibus* ordinis sancti Augustini Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Sacro sancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis precibus inclinatj personas uestras et ecclesiam, in qua diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritjs adhipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem decimas *Putinensis* ecclesie et de *Pramberch* et *Elez* ecclesias cum ecclesijs et Capellis ad eas pertinentibus, quas pie recordacionis *Salzeburgensis* Archiepiscopus de Capituli sui assensu, ad quem pertinebant, eidem ecclesie uestre prouida deliberatione concessit, constituens, ut in predictis ecclesiis *Pramberch* et *Elez* beatj Augustinj regula obseruetur et ad eas per presentationem *Richerspergensis* Prepositi et institutionem *Salzburgensis* archiepiscopi ministri de uestro collegio assumantur, cuius constitutionem super his successores ipsius *Cunradus* uidelicet

Digitized by Google

Albertus et *Eurardus* Salzburgenses archiepiscopi suis priuilegiis confirmarunt. Ecclesiam quoque de *Munustur* a bone memorie *Patauiensi* Episcopo, quam etiam a felicis recordationis *Adriano* papa predecessore nostro ecclesie uestre asseritis confirmatam cum decimis et alijs pertinentijs suis et decimas a pie recordationis . . . . . *Frisingensi* Episcopo de Capitulorum suorum asensu (sic) eidem ecclesie uestre collatas, Predia insuper in *Eoluin* et *Graben* a quondam . . . . Comite *Allensi* et in *Vihpah* a quodam *Hartwico* cum alijs predijs in *Gurtin*, in *Mulberch*, in *Honren*, in *Potenchowen* et in *Wanepach*, in *Hagening*, *Wrmering*, *Anthriesgurch* et in *Bawaria*, *Austria* et *Marchia* nec non eum decimis, redditibus, mansis, libertatibus atque immunitatibus ab ecclesie *Salzeburgensis* Archiepiscopis ecclesie uestre concessis, sicut ea omnia eadem ecclesia iuste ac pacifice possidet et in supradictorum archiepiscoporum litteris continetur, uobis et per uos ipsi ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* XV. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno Tertio.

Original auf Pergament, die Bulle abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 428.

CCCCVIII.

1219. 8. Juni. Garsten. — *Alrammus von Chlinpach beurkundet den von ihm mit dem Kloster Garsten abgeschlossenen Vertrag in Betreff eines Lehens in Cherpach.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *Alrammus de chlinpach* in scriptis protestor futurorum et presentium memorie commendando, quod *Rembertus* abbas et uniuersitas conuentus sancte Marie in *Garsten* michi liberisque meis tantum et non nepotibus predium in *cherbach* sub annuo censu unius videlicet talentj concesserunt quo ad meam uitam meorumque filiorum tantum possidendum. Solutioni uero census tempus pro mea uoluntate fuit ab ipsis prefixum festum uidelicet natiuitatis dominj et beate virginis purificatio ea condicione, quod, nisi ego uel filii mei intra duo illa festa predictum censum sine difficultate solueremus, ab omni eiusdem predii cecidissemus

Digitized by Google

detentione, nulla mihi uel ipsis super eodem uel aliqua ipsius re amodo competente actione uel peticione. Inciperem autem censum antedictum soluere post primos tres annos uenturos a festo natiuitatis domini proximo uenturo computandos. Acta sunt hec in domo *Garstensium* anno incarnationis domini M° CC° XVIIII° VI. Idus Junii. Huius rei testes sunt Magister *ditricus plebanus* (sic) *de walchirchen, Vlricus de grênburch, Gernot miles, leutoldus de rêlsheim, Otakarus de stein, Ernst de Asperch, Otto de leubenpach, Rêdel sagittarius de lengbach, Rêdolfufus* (sic) *de ternperch, Heinricus de chornsperch, Sibot gloglar, Otakarus prevhaven, ditricus sluzlar, Rêdolfus abbas de chremsmunster, Gerunch de camera, Vlricus preco, Herwich, lambertus.* Vt autem in nullo concessio ipsorum possit uacillare (sic) presens scriptum meo sigillo munitum ipsis sponte tradidi ab ipsis scriptum ipsorum sigillo munitum e conuerso recipiendo.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive zu Garsten. — Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen für 1851, I. 313.

CCCCIX.

1220. 3. Februar. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster St. Nikolaus bei Passau tauschweise die Pfarre Widempach (Wimpach) gegen jenen jährlichen Zins, welchen das Kloster bisher von der Insel Golderwerd bezogen.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *ôdalricus* gratia dei *patauiensis* episcopus cunctis successoribus suis et omnibus in posterum fidelibus in perpetuum. Ex iniuncto nobis licet inmeritis presulatus officio non solum ecclesiis ad nos qualitercumque spectantibus tenemur preesse immo magis prodesse, maxime autem his, que ratione fundationis a nostris uisceribus exierunt, cum non sufficiat nos a grauaminibus earumdem cessare, nisi etiam manum auxiliatricem tempore necessitatis ipsis porrigere satagamus. Inherentes igitur laudabilibus coram deo et hominibus predecessorum nostrorum uestigiis ecclesiam pii confessoris S. Nycolay in suburbio nostre ciuitatis a predecessore nostro pie recordationis venerabili episcopo *Almanno* (sic) honorabiliter constructam debita dilectione amplectimur, ipsius promotioni et tranquille conseruationi quantum possumus intendendo. Vnde nouerint vniuersi christi fideles tam moderni temporis quam futuri, quod nos ad instantiam familiaris nobis in christo fratris et capellani *Vlrici* aput *S. Nycolaum* venerabilis prepositi et capituli de chori

Digitized by Google

nostri bona uoluntate consensvque vnanimi et concordi nostrorum ministerialium consilio in concambium talenti aureorum denariorum et XII solidorum uel Pataviensis monetę VI librarum quas idem dominus *Altmannus* de dominicalibus nostris in *Golderwerde* ad cameram ipsorum pro uestitv annuatim soluendas fratribus sub communi et regulari uita domino deo ibidem seruientibus ordinauit, contulimus parrochialem ecclesiam in *Widemspach* cum terminis suis, dote ac decimis aliisque sibi attinentibus tam cultis quam colendis, tam quesitis quam querendis ac pleno iure, quod ad nos in eadem ecclesia plenarie dinoscitur pertinere, a predictis fratribus quieto et perpetuo tytulo possidenda saluis sibi nichilominus decimis, quas in predicta insula uidelicet *Golderwerde* possident ratione ecclesię sue *Allinchovin*. Audientes siquidem indebitam predicte atque statutę summe diminutionem dilectis in christo fratribus antedictis canonicis regularibus per officiales nostros nobis licet inuitis frequenter illatam nostrum super hoc ualde metuimus periculum et id tum pro nostra tum antecessorum sev etiam successorum nostrorum salute inposterum precauere cupientes quicquid de prouentibus prememoratę ecclesię poterit prouenire amplius, quam in prescripto concambio receperimus, pro remedio animę nostrę necnon et successorum nostrorum omnium salute cedat in communes usus dilectorum nobis in christo fratrum regularium canonicorum, Vt memores talis consolationis ob reuerentiam omnipotentis dei et piissimi confessoris S. Nycolai omniumque sanctorum per nostram beniuolentiam sibi collatæ nos in suis orationibus habeant apud deum frequentius et deuotius commendatos. Vt autem talis permutatio canonice facta rata semper et inconuulsa inposterum permanere debeat, hanc paginam in testimonium huius facti conscribi et sigilli nostri caractere eam fecimus communiri. Testes vero, qui huic facto intererant et de quorum consilio et consensv effectum est mancipatum, hii sunt De choro cathedrales domini *Otto* decanus, *Chalohus de Valchenstein*, *Hartnidus* prepositus, *Chvnradus* tympharrarius, *Walchvnus de Stein*, *Heinricus* scolasticus in *Winne*, *Heinricus de Mistelbach*, *Heinricus de Bettinbach* arcidiaconus, Magister *Heinricus de Witen* archydiaconus, *Ebirhardus de Jahinstorf* cellerarius, *Rvdolphus Tven*, *Willehalmus* cantor, *Engilpoldus*, *Chvnradus* Tven custos, *Chunradus de S. Valentino*, *Albertus*, *Ebirhardus de Wehtenbach*, Et alii, De capellanis curię Magister *Marquardus de Tvlina* archydiaconus, *Chvnradus* notarius curię, Magister *Einwicus*, Magister

Digitized by Google

Alkerus, *Syboto* capellanus et sacerdos, De ministerialibus *Hademarus Pincerna de Wesen*, *Heinricus de Aheim* camerarius, *Otto de Heichinpach* marschalcus, *Waltherus de Tanneberch* dapifer, *Otto de morspach*, *Lirtoldus de Saurstetin*, *Otto de Jahinstorf*, *Albero de Germundesperge*, *Ekkardus de Vurth* et *Heinricus* frater eius.

Acta sunt hec *Patauię* Anno Incarnationis dominice M° CC° XX° Indictione VIII. Tercio Nonas Februarii, Apostolice sedis papa *Honorio* tercio, Papatus autem anno IIII° Regnante rege *Friderico* II. Nostri autem pontificatus anno V°

Data *Patavie* per manum notarii nostri *Chunradi* Anno pontificatus nostri quinto feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, III. 159.

CCCCX.

1220. 6. Februar. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt alle Besitzungen und Rechte des Klosters St. Nikolaus bei Passau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *ŏdalricus* gratia dei *patauiensis* episcopus huius nominis secundus cunctis successoribus suis et omnibus imposterum christi fidelibus in perpetuum amen. Pontificalis prouidentia et pastoralis sollicitudo compellit nos religiosis et deo sacratis locis non solum in presenti fauere sed etiam in futurum eorum quieti et securitati, ne improborum peruersitate ledi aut perturbari valeant, quantum diuina conceditur clementia, prouidere, quatenus nobis et cunctis fidelibus ex orationibus inibi deo seruientium tanto copiosior fructus accrescat, quanto eis ad uacandum deo nullius perturbationis inprobitas obsistere audeat uel presumat. Quapropter monasterium a sanctissimo predecessore nostro huius sancte sedis episcopo *Altmanno* in honore beati Andree apostoli et S. Pantaleymonis martiris et precipue beati Nycolai confessoris adiuuante et cooperante felicis memorię *Agnete* imperatrice in portv *eni* fluminis fundatum et apostolicorum nostrorum *Alexandri* et *Gregorii* papарum et *Heinrici* regis huius nominis quarti et filii sui imperatoris *Heinrici* quinti nec non et *Vlrici* atque *Reinberti* aliorumque *Pataviensis* ecclesie venerabilium pontificum priuilegiis et sigillis roboratum, ut inconuulsum ac illibatum omni futuro tempore permaneat, deo patri sanctisque eius flectere genua precibus et suspiriis non cessamus.

Digitized by Google

Cuius rei gratia dilectus in christo frater apud *S. Nycolaum* venerabilis prepositus *Vlricus* ecclesie sue priuilegia ab antedictis patribus, dominis atque principibus auctorabiliter instituta legenda nobis obtulit eaque nostra auctoritate contra nouas ecclesiarum calumpnias renouari conmuni fratrum suorum petitione suppliciter postulauit. Nos igitur illius et sui capituli iustis peticionibus debitum consensum adhibentes, quecunque nostri antecessores et piissima imperatrix *Agnes* ceterique fideles predicto cenobio pia deuotione contulerunt vel adhuc conferenda sunt, nos quoque collata et nunquam auferenda esse censsemus (sic) et quicquid predecessores nostri apostolico et sue auctoritatis banno confirmauerunt, nos idem ipsum apostolico nostroque banno confirmantes ab illorum sententia nullatenus dissentimus. Hec igitur sunt bona, que *Agnes* imperatrix pro remedio anime sue predicto cenobio donauit. Nona videlicet pars omnium, que ad *Bersinbiuge* et *Ibesburch* ad manûs suas reddebantur. Que vero sequuntur, per manum aduocati sui *Reginberti* prefatus episcopus *Altmannvs* iam dicto cenobio tradidit scilicet presignatum portum *Eni* fluminis cum omni vtilitate sua, ecclesiam S. Marie magdalene dimidio mansu dotatam, in suburbio vero ciuitatis XI domata et quicquid ruris est a *danubio* usque ad *envm* preter duo iugera ultra montem *Winchobil* sita et duas curtes stabularias *Semphulingen* et *Niwinhouin* cum omnibus pertinentiis suis. Tradidit etiam eidem cenobio decimas de hortis, de pomeriis, de uineis, de agris, que de illo domate coluntur ad hospitale pauperum ibidem constitutum. Ad *Tantobil* dimidium mansum, Ad *Holzheim* quatuor hvbas, *Heginbach* hubam unam, *Probesrevth* hubam vasa tornata soluentem. In ripa, que dicitur *Pevthra*, dimidiam hubam, *Pahmvl* hubam, *Sarmingen* hubam, *Hasinprvl* hvbam, ad *Windeberch* unam Hofsacham, ad *Steinvelde* hubam, ad *Sênnebach* hubam, ad *Pimzheim* unam hofsacham. In loco, qui dicitur *Alburch*, duas partes decimationis eiusdem ecclesie et tres curtes stabularias. In *Gehei* curtem unam, *Auekkingen* tres hubas soluentes ferrum, *Hergoluingen* hubam, *Arfhovsen* molendinum, *Rongêrstorf* curtem unam et dimidiam hubam cum una decima, *Euchindorf* capellam cum omni utilitate et pleno iure et curtem stabulariam et dimidiam hubam cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Bezirichstorf* curtim unam cum omnibus eius appendiciis, *Enzinwise* uillam cum genezeo et molendino, siluis, pratis, piscationibus et omni vtilitate sua, In *Rivthe* VII. hubas, *Dorna* curtim unam et hubam et siluam

Digitized by Google

cum pratis et piscationibus et unam decimam, *Cholinbrûnne* hubam, *Wachinwise* duas curtes stabularias et hubam unam et dimidiam et unam decimam cum pratis et siluis illuc pertinentibus et piscationem, *Einhartstorf* molendinum et dimidiam hubam cum pratis et siluis et areis et piscationibus, *Gerchwise* tres hubas et tres carradas cerenisię de bonis episcopi in eadem uilla dandas, *Altheim* curtim unam cum omnibus appendiciis, *Awenchirchen* capellam cum omni utilitate et pleno iure et curtim unam cum omnibus eius apendiciis et quicquid utilitatis iidem fratres supradicti cenobii sibi potuerint ordinare tam in agris quam in siluis, oblationibus et areis in eadem uilla constitutis et unam decimationem, *Eitinbach* ecclesiam cum omni utilitate et iure parrochiali et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis, *Aha* hubam cum silua adiacente, *Vilshouin* dimidiam hubam, *Chupharen* tres hubas, *Hekkinchouin* hubam, *Havchspach* hubam, *Percheim* duas hubas, *Leimchar* duas hubas, Ad *walde* hubam soluentem picem, In parrochia *Hetaren* unam decimationem, In parrochia *Chelperch* unam decimam, In parrochia *Irsheim* unam decimam, In ecclesia, que dicitur *Heimingen*, duas partes decimationis, Duas quoque partes decimationis noualium siluę, que dicitur *Hohenhart*, tam cultorum quam colendorum in quatuor ecclesiis illis, quarum termini in eandem siluam ex inferiore parte porriguntur, quarum nomina sunt hec: *Ebirswanch*, *Schiltaren*, *Aspach*, *Vekkilstorf*. Tradidit etiam illis ecclesiam *Grizchirchen* cum omni vtilitate et pleno iure et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis. Dedit etiam fratribus predicti cenobii ecclesiam in *Allinchouin* cum omni vtilitate et pleno iure et unam decimam, decimas quoque noualium in omnibus terminis eiusdem ecclesie et unam hofsacham. Ad *Erstin* curtim unam, *Strazze* quatuor hubas, *Harde* hubam unam cum silua adiacente, *Winchlaren* dimidiam hubam, *Stude* dimidiam hubam, *Emilingen* dimidiam hubam, Ad *Tênheim* dimidiam hubam, *Hartheim* curiam et dimidiam hubam, In *Riuthe* hubam, *Besinge* curiam et dimidiam hubam cum omnibus illuc pertinentibus, *Leuwentingen* (sic) hubam et dimidiam, In *Prele* dimidiam hubam in usum apum et *Chaltinbach*, Ad *Reprehtshovin* unam decimam. In oriente (i. e. austria) in rure circa *Ruste* et *Izindorf* decimam unam in omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis quam colendis, In rure, quod dicitur *Bivchriche*, duas partes decimationis in quatuor ecclesiis *Niwinchirchen* scilicet et *Rorinbach*,

Digitized by Google

Molte et *Riedenburch*, decimas quoque noualium in omnibus terminis earumdem ecclesiarum. In ecclesia *Stregin* duas decimas, In parrochia *Hohinwart* unam partem decimationis in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis. Tradidit etiam eis tres sagenas *Sebach* unam, *Matse* vnam, *Patavie* unam, que protenditur a pede montis, in quo sita est ciuitas, usque *Walkerslegen*, adiciens quicquid utilitatis predicti fratres sibi in eodem litore potuerint ordinare. Preterea contulit eis *Sebach* tres uineas, *Ascha* duas, *Wachawe* quatuor, *Huntsheim* quatuor, *Mutaren* duas et unam hofsacham, In *Halle* unam sartaginem cum suo iure, In *Lohe* curiam unam, In *Sebach* decimam unam, In *Lintheim* curiam unam, Ad Luminaria ecclesie tradidit capellam S. Marie in ciuitate *Laureacensi* cum omni iure et utilitate, que prememoratis fratribus tam in oblationibus quam censualibus et areis infra cimiterium sitis et in quibusdam hortis poterit prouenire. Pro uestitu autem eorundem fratrum ordinauit XXIIII. libras, de nauibus *Patavie* X, de *Golderwerde* VI. de *Euirdingen* quatuor, de censv *Matse* tres, de Aufhausen unam. Fratres quoque prefati monasterii liberos ab omni aduocatorum seruitio esse uolens comitem *Heinricum de Vormbach* aduocatum illis in partibus *Bawarie* et *Liupoldum* piissimum marchionem in partibus *Austrie* aduocatum eis ordinauit hoc quasi pro iure semper obseruandum statuendo et auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis inhibendo, ut nec ipsi nec aliqui heredum suorum nec alter quispiam eis quacunque sorte succedentium aduocatorum aliquem sibi nisi fratribus sepe dicti cenobii petentibus subaduocatum presumat ordinare hoc adiuncto, ut, si aliquis improbus aduocatus postmodum hoc infringere temptauerit, is vinculo anathematis se sciat innodatum et eterne ulcionis uindicta, nisi resipuerit, perpetualiter puniendum. Pro seruitio vero, quod plerunque occasione aduocatie ab ecclesiasticis personis exigitur, X. uineas in *Rivtaren* sitas cum omnibus eorum (sic) appendiciis comiti *Heinrico de Vormbach* et in loco, qui dicitur *Mekkerawe*, tres hubas et LXX mancipia *Liupoldo* marchioni *Austrie* in beneficium concessit ea conditione, ut nec ipsi nec aliquis succedentium sibi aduocatorum aliquod ab ipsis ratione aduocatie seruitium presumat expetere. Quicquid vero reddituum circa *Grizchirchen* et *Allenchouin* sepe dictis fratribus contulit, sibi et successoribus suis uice aduocati patrocinandum reseruauit auctoritate dei patris omnipotentis firmiter inhibens, ut nullus successorum suorum aliquem subaduocatum nisi pro

Digitized by Google

petitione eorundem fratrum ibidem sibi presumat aliquando substituere. In omnibus quoque ecclesiis, quas eisdem fratribus contulit, quicquid iuris et seruitii episcopus in eis habere uidebatur, totum ipsis et plenarie contulit. Mortuo quoque prelato ipsorum liberam eis electionem indulsit et hec faciens omnia conmuni consilio et consensu canonicorum chori *Pataviensis* et ministerialium suorum rationabiliter confirmauit. Deffuncto (sic) igitur pie recordationis *Altmanno* episcopo successor ipsius in episcopatu *Vlricus* episcopus fundationem supradicti cenobii et donationem bonorum episcopatui illuc factam approbans et confirmans ecclesiam in *Alburch* cum omni vtilitate et iure, quod *Pataviensis* ecclesię episcopus ratione fundi in ea habuerit. ius uidelicet patronatus fratribus eiusdem monasterii contulit. *Reginbertus* etiam *Pataviensis* ecclesię episcopus, dum se fratres sepe dicti cenobii in portv *eni* fluminis ablato dampnificasse recognouisset. pro recompensatione dampni eis illati ecclesiam in *Harchyrchen* cum omni utilitate et pleno iure et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis ipsis contradidit. Idem eis etiam ecclesiam in *Swarza*, que alio nomine *Menichrivth* dicitur, dedit cum una decimatione in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis. Horum igitur uestigia imitantes alii quam plures, dum religionem sanctam et seruitium dei in eodem monasterio sancte et religiose florere uiderent, spiritu sancto edocti redditus suos illuc contulerunt. Inter quos *Hezil* quidam homo nobilis tradidit illuc stabulariam curtim in *Peringen* et dimidiam hubam cum pratis et awis (sic) illuc pertinentibus et duas hubas in *Richerstorf* cum pratis et siluis illuc pertinentibus. *Alrammus* quidam unam hubam ad *Walchsingen*, Quidam sacerdos nomine *Raffoldus* uillam in *Sunnebach* cum silua adiacente et uillam in *Burchhartingen* cum omnibus suis mancipiis et silua adiacente eidem cenobio tradidit. Comes *Gebhardus Schalcheim* cum omnibus suis pertinentiis dedit, *Gebhardus* quidam cognomento *longus* molendinum in *Pochingen* et dimidiam hubam, Sacerdos quidam nomine *Meingotus* uillam in *Sunemœningen* cum omnibus eius apendiciis, *Alrammus* quidam de *Ascha* duo predia in *Wrgildorf*. Quidam *Meinhardus* nomine predia, que in *Pollinheim* et *Smidingen* habuit, *Gerhohus* quidam predium ad *Chrebezpach*, Quidam sacerdos nomine *Ekkericus* curiam in *Hartheim* et dimidiam hubam, *Adilheidis* quedam nobilis uillam in *Beneuentenrivth* et *Grub* cum omnibus illuc pertinentibus, preterea alia tria predia ibidem sita contulit. *Hartmannus*

Digitized by Google

quidam homo nobilis quatuor predia et molendinum iuxta *Prienbach* et in *Bulziberch* hubam dedit. *Engilbertus de Blanchinberch* curiam in *Hœrkerstorf* et hubam *Reginhalminge* et dimidiam hubam in *Winchil*, *Engilbertus* quidam *de Strubin* ministerialis episcopatus curtim unam in *Ascha* et curiam in *Wasin* cum siluis et pratis et molendino et cum aliis XXIII. prediis empticiis et uineam in *Ascha* dedit. *Gumpoldus de Porinheim* quatuor beneficia, tres uineas cum areis in *friendorf* dedit et montem, super quem culte sunt uineę. *Gebhardus* quidam nobilis in *Abstorf* curiam unam et dimidiam hubam cum pratis et siluis et piscationibus et mancipiis suis, *Livkardis* aduocatrix *Ratisponensis* quatuor predia in *Grintdorf*, *Wernhardus de Horpach* et frater suus *Chunradus* curiam unam in *Engilmarsperge*, *Potto de Mœssingen* curiam unam in *Sprinzinberge*. Preterea alii quam plures christi fideles pio istorum exemplo inducti predia sua et alia pro remedio animarum suarum prefato cenobio contulerunt. Nos vero diuina misericordia ad Pontificalem *Patauiensis* ecclesie sedem uocati licet indigni, dum fratres supradicti cenobii in quibusdam prediis suis in *Golderwerde* tam a nostris quam antecessorum nostrorum officialibus ex continua eorum querimonia intellexissemus diu esse pregrauatos saluti nostre et successorum nostrorum nec non indempnitati fratrum consulentes ecclesiam in *Widemspach* eis pleno iure contulimus cum dote et decimis in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis predictis redditibus in *Golderwerde* ad nostra dominicalia reuocatis. Hec inquam omnia et quecunque alia bona idem monasterium uel nunc liberalitate predictarum personarum iure possidet vel postmodum iuste et canonice deo fauente poterit adipisci, nostrę auctoritatis tuitione et sigilli inpressione firmamus et corroboramus eo scilicet tenore et conditione, ut ad conmunem usum fratrum ibidem in canonica et regulari uita deo famulantium proficiant et conmuniter regulariterque conuersantes nullus seu in presentiarum sev in futurum de bonis ecclesię proprio uel priuato usui quicquid presumat usurpare, sed iuxta apostolicę institutionis normam, prout cuique opus erit, a prelato distribuatur. Vt igitur hec omnia firma et illibata in domino permaneant, iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusque successoris *Honorii* pape huius nominis tercii et fidutia et consolatione beati Andree apostoli et S. Pantaeleymonis martiris et precipue pii confessoris S. Nycolai amore et reuerendę memorię *Altmanni*, *Ódalrici*,

Digitized by Google

Reginberti aliorumque predecessorum nostrorum *Pataviensis* ecclesie venerabilium pontificum interdicimus firmiter et prohibemus, ut nullus successorum nostrorum sev aliquis secularis vel ecclesiastica persona de nominatis prefate ecclesię prediis uel iure quicquam tam in temporalibus quam in spiritualibus inuadere aut diminuere uel usui fratrum apostolica inibi uestigia seruantium subtrahere audeat uel presumat. Si quis autem, quod deus auertat, ausu nefario hec transgressus fuerit, si tercio conmonitus congrva satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia a domino deo et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen. Acta sunt hec *Patavię* Anno Incarnationis dominice MCCXX. Indictione VIII. Octauo Ydus Februarii, apostolicę sedis papa *Honorio* tercio, Papatus vero sui anno IV. regnante rege *Friderico* II° Nostri autem pontificatus Anno V. Data *Patavie* per manum notarii nostri *Chunradi*, Anno pontificatus nostri quinto.

Acta sunt hec *Patavie* Anno Incarnationis dominice M°CC°XX.VII. Indictione XV. Duodecima Kalendas Novembris, Apostolice sedis papa *Gregorio* VIIII. Papatus vero sui anno primo, Regnante Imperatore *Friderico* II° Nostri autem Pontificatus anno VI. Datum *Patavie* per manum notarii nostri *Friderici* feliciter Amen.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, II. 555, edit Monac.— Mon. boic. Tom. IV. pag. 325.

CCCCXI.

1220. 11. Februar. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet den mit dem Edlen Heinrich von Wässenberch abgeschlossenen Vertrag in Betreff des Marktes Velden und der Veste Griesbach.*

Ulricus dei Gratia *Patauiensis episcopus* Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ad uniuersitatis nostre noticiam cupimus peruenire, quoniam negotium faciende tradicionis super altare beati Stephani a *Heinrico nobili uiro de Wessenberch* tam in hubis quam in hominibus, sicut antiquum pleniter continet instrumentum, de nostro ac ipsius Heinrici consensu saluoque utriusque nostri iure habitis multis ac uariis hinc inde tractatibus sic non tandem dinoscitur diffinitum, ut, si ipse Heinricus in proxima dominica, qua Letare ierusalem cantatur, tradicionem eandem cum sollempnitate debita ac libertate adinplere distulerit, *castrum*

Digitized by Google

Griezpach et *forum velden* utrvmque cum suis pertinentiis sine omni contradictionis obstaculo uel proprietatis titulo uel loco pignoris, sicut in ipso antiquo reperitur instrumento, nostre cedat ecclesie possidendum. Et ne super hoc ulla possit amodo suboriri calumpnia, biformem paginam sigilli nostri inpressione signatam conscribi iussimus, quarum ad firmiorem cautelam ipse Heinricus unam, nos uero alteram duximus conseruandam. Huius rei testes sunt *Otto decanus, Chalhohus, Hertnidus prepositus, magister Heinricus, Rudolfus* canonici. *Heinricus de Aheim, Waltherus de Tanneberch, Otto de morspach, Heinricus et Wernherus de Winsperch, Albero de Germundesperge, Heinricus de heizenfurte, Otacharus de Lithenberch, Chunradus Zachhalm, Chunradus de Perndorf, Dietmarus de Ahalmsdorf, Wernherus de Chunenberge* et alii plures. actum *Patauie* III. Idus Februarii anno dominice incarnacionis M. CC. XX. Indictione VIII. Pontificatus nostri anno IIII.

Mon. boic. XXVIII. II. 296, ex libr. cop. patav.

CCCCXII.

1220. 9. April. Viterbo. — *Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Nicolaus bei Passau seine sämmtlichen Besitzungen, Rechte und Freiheiten.*

Honorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Ulrico Preposito Ecclesie S. Nicolai Pataviensis* eiusque Fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam sancti Nicolai Pataviensis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti Privilegio communimus Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Domini et beati Augustini regulam in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata

Digitized by Google

permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinenciis, Ecclesiam de *Alburg*, de *Aitenbach*, de *Hartchirchen*, de *Griezchirchen*, de *Alnchoven*, de *Munichreut* et de *Widenspach* Ecclesias cum omnibus pertinenciis suis, Capellam S. Marie in *Insula S. Jacobi in Burgo Pataviensi*, de *Aunchirchen*, de *Euchendorf* et *S. Marie in Anaso*, Capellas cum pertinenciis suis. Decimas, quas habetis in *Aitenbach*, in *Hartchirchen*, in *Grieschirchen*, in *Munichreut*, in *Widemspach*, in *Aunchirchen*, in *Dornach*, in *Selebach*, in *Wachenweis*, in *Hutarn*, in *Chelichberch*, in *Irsheim*, in *Haiming*, in *Alburg*, in *Alnchoven*, in *Eberswanch*, in *Schiltarn*, in *Aspach*, in *Vehilstorf*, in *Rust*, in *Isendorf*, in *Hochenwarth* et in *Buchrich*. Preterea in suburbio civitatis *Patavie* undecim domata, fundum, quem habetis inter *Danubium* et *Oenum*, II. curtes *Senftling* et *Neunhoven*, dimidium mansum ad *Tantobel*; quatuor mansos *Holzheim*, unum mansum *Hegenbach*, in *Probstreut*, in *Bachmüll*, in *Sauming*, in *Hasenbuell* mansos et dimidium mansum in *Putra*, unam curtem in *Windberch*, quatuor curtes in *Alburch* et in *Gehin*, *Englmarsperch*, in *Sprinznberg*, in *Pering*, in *Euchendorf*, in *Bezrechsdorf*, in *Dornach*, in *Abstorf*, in *Altheim*, in *Aunchirchen*, in *Loch*, in *Eberstorf*, in *Pinzheim*, in *Schalcheim*, in *Ruspach*, in *Chrieschirchen*, in *Monte*, in *Tegernspach*, in *Wasen*, in *Aschach*, in *Neumarkt*, in *Alnchoven*, in *Eusten*, in *Hartheim*, in *Busing*, in *Lintheim*, in *Mauttarn*, in *Raeut*, in *Rust*, in *Isendorf*, in *Hochenwarth*, in *Burgenwis*, in *Stregen* et in *Neunburch* curtes et curias, in quibus decime colliguntur. Tres mansos in *Avecking*, in *Dornbach*, in *Schenenburg*, in *Ahaim*, in *Hukenchoven*, in *Hauspach*, in *Walde*, in *Harth*, in *Leumpting*, in *Raeut*, in *Chaldenpach*, in *Walgsing*, in *Buzenberg* et in *Reginhalming*, mansos septem in *Reuth*, tres mansos in *Gerchweis* et tres charatas cerevisie, tres mansos in *Chufarn*, in *Berchaim*, in *Leunchart* et in *Reicherstorf* VII. mansos, Quatuor mansos in *Strazz*, dimidium mansum in *Eichendorf*, in *Dornach*, in *Ainhartstorf*, in *Vilzhoven*, in *Winchlarn*, in *Stüde*, in *Eunling*, in *Tunheim*, in *Hartheim*, in *Busing*, in *Lumptingen*, in *Brühl*, in *Bering*, in *Boching*, in *Winchel* et in *Abstorf*, dimidios mansos, villam in *Enzenweis*, in *Wachenweis*, in *Sunnbach*, in *Burcharting*, in *Neunling* et in *Munchreut* villa. Predia de *Vilsa*, in *Rotha*, in *Prienbach*, in *Schalchheim*, in *Grieschirchen*, in *Eschetunowe*, in *Alnchoven*, in

Digitized by Google

Griendorf, in *Freindorf*, in *Rust* et in *Euching* predia, molendinum in *Enzenweis*, in *Ainhartsdorf*, in *Boching*, in *Absdorf*, in *Prienpach*, in *Chaldenbach*, et *Pataviens.* molendina. Reditus salis in *Hale*, vineas in *Grieschirchen*, in *Aschach*, in *Ibelsburch*, in *Wachawe*, in *Hunzheim*, in *Freindorf*, in *Chrems* et in *Mauttarn* vineas cum areis, domibus, pratis, pascuis, piscationibus, nemoribus et omnibus aliis utilitatibus suis. Liceat quoque vobis, Clericos vel Laicos liberos et absolutos a Seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit absque Prepositi sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius Capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas censemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei et sancti Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Ecclesiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam exercere audeat. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita

Digitized by Google

nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum *Viterbii* per manum *Wilhelmi S. Romane Ecclesie Vicecancellarii* V. Idus Aprilis, Indictione VIII. Incarnationis Dominice Anno MCCXX. Pontificatus vero Domini Honorii Pape tertii anno quarto.

Mon. boic. IV. 321.

CCCCXIII.

1220. 15. April. Viterbo. — ***Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Nicolaus bei Passau das Statut des Bischofs Altmann von Passau, dass die Vögte desselben ohne Einwilligung des Propstes und Capitels keine Untervögte aufstellen dürfen.***

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs *Ulrico* preposito et Capitulo ecclesie *sancti Nycolai Patauie* ordinis sancti Augustini Salutem et apostolicam benedictionem. Significasti nobis fili Preposite in nostra presencia constitutus, quod bone memorie *Altmannus* Patauiensis episcopus ecclesie uestre fundator clare memorie. L. Marchioni de *Austria* et H. Comiti de *vornpach* aduocaciam concessit eiusdem ecclesie certis eis redditibus deputatis statuens, ut nec ipsi nec heredes eorum alijs possent officium subaduocacionis concedere Preposito et Capitulo ipsius ecclesie inconsultis. Vnde nobis humiliter supplicastis, ut statutum huiusmodi apostolico dignaremur munimine roborare. Nos ergo uestris precibus inclinati, quod super hoc prouide ac utiliter statutum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *viterbij* XVII. kalendas Maij Pontificatus nostri Anno Quarto.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

Digitized by Google

CCCCXIV.

1220. 24. April. Eferding. — *Ulrich, Bischof von Passau, verzichtet für ewige Zeiten auf die Steuererhebung von einem dem Kloster Kremsmünster gehörigen Hofe zu Mautern.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus* dei gracia Patauiensis episcopus omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam suscepti regiminis cura nos admonet, ut ad ecclesiarum singularum et maxime speciali iure ac deuocione nobis adtinentium ampliandos profectus sollicicior studio uigilemus. Hinc est, quod deuocionem atque seruicia, que a monasterio *Chremsmvnster*, quod et speciali iure (?) nobis adtinet, uultu propicio adtendentes steuram nobis debitam de area sita *Mavtarn* ad iam dictum monasterium pertinente perpetualiter monasterio ipsi donamus renunciantes in ipsa stevra omnimodis nostro iuri. Ne autem hec nostra donacio uel a nobis uel ab aliquo successorum nostrorum infringi possit ullatenus uel turbari, per presentis priuilegij paginam nostri impressione sigilli signatam ipsam confirmamus omnimodis statuentes ac per excommunicacionis penam districtius inhibentes, ne qua ecclesiastica secularisue persona ipsi nostre donacioni ausu temerario presumat aliquatenus contraire. Huius rei testes sunt: Magister *Heinricus* patauiensis canonicus, *Otto Ratisponensis aduocatus, Alramus de Halse, Hadmarus de Wesen, Heinricus de Lonstorf, Otto Marschalcus de Aichenbach, Waltherus de Tanneberch, Otto de Johanstorf, Otto de Morsbach, Otto de Tegernbach, Perchtoldus de Hartheim, Rvgerus de Chlingelbach.* C. Datum Euerding per manum notarii nostri Chvnradi vjjj. Kalendas Maij Anno domini M° CC° XX° Indictione vjjj pontificatus nostri anno quarto.

Aus dem Cod. Frider. im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 76, Nro. 59.

CCCCXV.

1220. 29. April. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, beurkundet, dass er dem Wernhart von Hagenau und dem Hadmar von Wesen von den Gütern des Klosters Reichersberg nie etwas gegeben, noch ihnen die Vogtei verliehen habe.*

Ego *Eberhardus* dei gratia *salzpurgensis* ecclesie archiepiscopus apostolice sedis legatus vniuersis christi fidelibus salutem in

Digitized by Google

domino. Ne figmentis hominum aut inimici suggestione, quod in rerum natura non est, falsis attemptetur probationibus, omnibus tam presentibus quam futuris innotescat, quod domino *Wernhardo de hagenöe* uel heredibus suis quibuscunque nichil unquam de bonis monasterii *richerspergensis* siue iure proprietario siue in feudum concessimus et ius aduocatie super res et personas eiusdem monasterii, quod specialiter ad nos spectat, nec ipse predictus dominus *Wernhardus* nec aliquis heredum suorum de manu nostra umquam accepit. Idem etiam per omnia protestamur de domino *Hadmaro de Wesen* scilicet, quod aduocatiam uel feudum super bonis uel personis eiusdem monasterii de manu nostra nunquam recepit, ob cautelam futurorum protestationem nostram presenti sigillo firmantes. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. CC. XX. jndictione VII exeunte aprili III[a] kalendas Maii.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 429.

CCCCXVI.

1220. 22. Mai. Viterbo. — *Papst Honorius III. nimmt das Kloster St. Florian in den päpstlichen Schutz, namentlich aber die Kirchen Waldkirchen, St. Michael in der Wachau und Vöklabruk.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis ... Preposito et Capitulo Ecclesie s a n c t i f l o r i a n i salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas et ecclesiam uestram cum omnibus bonis, que impresentiarum possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem de *Waltchirchen*, de *Wachau* et de *Veklabruche* possessiones cum pertinentijs suis ac alia bona ecclesie uestre pia fidelium liberalitate collata, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et ecclesie prefate per uos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire.

Digitized by Google

Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum *Viterbii* XI Kalendas Junij, Pontificatus nostri anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCXVII.

1220. 29. Mai. Viterbo. — *Papst Honorius III. bestätigt die Privilegien des Klosters Garsten.*

Honorius episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs Abbatj et Conuentui *Garstensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilectj in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam in *Garsten* cum capellis suis uobis a venerabile (sic) fratre nostro . . *Patauiensi* Episcopo de Capitulj suj assensu pia et prouida liberalitate collatam, sicut eam iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scriptj patrocinio comunimus. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petrj et Paulj apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *viterbij* iiij. Kalendas Junij. Pontificatus nostrj Anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive zu Garsten.

CCCCXVIII.

1220. 12. Juli. Schloss Steyr. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, genehmigt und bestätigt die von seinem Vater, Herzog Leopold, gemachte Schenkung der Kirche zu Dietach an das Kloster Gleink.*

† Innomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Liupoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie* vniuersis christi fidelibus in perpetuum.

Laudabilis est scripture thesaurus et merito ab omnibus diligendus, nam per ipsum cuiuslibet facti sanctitur (sic) stabilitas eiusque subsidio perseuerat integritas inconuulsa. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, quia constitutus in nostra presentia *Pilgerimus* venerabilis Abbas *Glvnicensis*

Digitized by Google

per generalem sententiam optinuit coram nobis, ut priuilegia a nostris antecessoribus *Glvnicensi* cenobio collata, que per incendium uel per negligentiam seu quocunque alio modo sunt deperdita, nos renouare teneamur eidem. Quo iure patenter optento prefatus Abbas sufficienti testimonio conprobauit, quia pater noster *L.* felicis memorie ecclesiam *Tvedich* pro remedio anime sue cum omnibus ad ipsam de iure pertinentibus contulerit cenobio memorato ipsamque donationem suo confirmauerit instrumento. Nos itaque id, quod a patre nostro rationabiliter factum est, ratum habentes traditionem dicte ecclesie cum omnibus appendiciis supradicto cenobio confirmamus. Et ut deinceps quieta possessione in eadem ecclesia sepedictus abbas gaudeat suique successores, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus insigniri testibus subnotatis. Testes, *Herrandus de wildonia, Duringus de Styra, Heinricus de Trvna, Otto de rore, Albero de Pollenheim, Vlricus marschalcus de valchensteine, Albero pincerna de Grimmensteine, Perhtoldvs dapifer de Emberberch, Vlricus de Grvnenburch et frater suus Heinricus, Heinricus de Chrvmpach, Fridericus de Lancenberge, Richerus de Luffenberch, Marquardus magister cellarij, Otakarus prichaven, Rudolfus prichaven, Otto scheke, Albero prichaven, Gernodus de Ascha, Duringus de Schachen, Eberhardus de Terenberch, Alrammvs de Chrengelbach, Gervngus de Weiztra* et alii quam plures.

Acta sunt hec in *castro Styre.* IIII° Idus Julij, Anno dominice incarnationis M° CC° XX° Indictione VIII^a^ Per manvs *Lirpoldi Notarij.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 327. — Mon. boic. XXIX. II. 49.

CCCCXIX.

1220. 30. Juli. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster St. Florian die Freiheiten, welche ihm die früheren Bischöfe von Passau ertheilt haben, insbesondere den Besitz der Pfarre St. Michael.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus patauiensis episcopus* omnibus in perpetuum. Pastoralis offitii debitum fideliter exequimur, si cum erogatione spiritalis alimonie necessitatibus religiosorum uirorum ac pauperum christi paterna sollicitudine prouidentes indigentiam eorum temporalium subsidiis releuare studeamus. Inherentes igitur uestigiis antecessorum nostrorum patauiensium episcoporum,

Digitized by Google

videlicet *Ovdalrici, Raeinberti, Chvonradi, Dyepoldi,* qui *domum Sancti Floriani* utpote suam dilectam filiam in spiritualibus pariter et temporalibus studiose promouerunt ac suis eam priuilegiis communiuerunt, iustis fratrum eiusdem ecclesie inclinati precibus de consensu fratrum nostrorum confirmamus antedicte domui Sancti Floriani omnes donationes ab antecessoribus nostris Episcopis eidem legitime factas tam in collationibus priuilegiorum quam aliis iustis traditionibus. Nominatim autem eidem domui confirmamus *ecclesiam Sancti Mychaelis in Wachowe,* quam sancte memorie *Chvonradus episcopus* predecessor noster eidem domui cum omni genere contulit utilitatis, et sicut ex ipsius patet priuilegio, ex integro tradidit, decernentes eandem ad prefatam domum pleno iure pertinere tam eiusdem nostri predecessoris traditione quam ex nostra nunc confirmatione ita quidem, quod preposito, qui pro tempore fuerit in sepedicta domo Sancti floriani, per unum de fratribus suis dicte ecclesie liceat prouidere et eundem, quando placuerit, amouere, utiliore, cum sibi uisum fuerit, substituendo. Et ut hec nostra confirmatio rata et inconuulsa in perpetuum permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Quicunque igitur tam (sic pro eam) temerario ausu infringere temptauerit, omnipotentis dei indignationem se nouerit incursurum et eterne maledictioni addictum cum Dathan et Abyron, quos terra uiuos absorbuit, portionem habiturum.

Ego *Rvdegerus Chymensis Episcopus* S.S. Ego *Otto decanus* S.S. Ego *Hartnidus prepositus* S.S. Ego *Chalhohus* S.S. Ego *Hainricus quondam decanus* S.S. Ego *Sifridus orphanus* S.S. Ego *Heinricus de Petenbach* archydiaconus S.S. Ego *Heinricus de Witen* archidyaconus S.S. Ego *Chunradus Tvmplebanus* S.S. Ego *Gebhardus comes* S.S. Ego *Chunradus custos* S.S. Ego *Chunradus de S. Valentino* S.S. Ego *Chrafto* S.S. Ego *Willehalmus cantor* S.S. Ego *Engilpoldus* S.S. Ego *Albertus* S.S. Ego *Eberhardus de Johansdorf* SS. Ego *Eberhardus de Frhtenbach* SS.

Data *Patauie* in Capitulo III. Kalend. Augusti Anno pontificatus nostri VI.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 299.

Digitized by Google

CCCCXX.

1220. 23. September. Regensburg. — *Ludwig, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern, ertheilt seinen Ministerialen und Vasallen die Freiheit, ihre Güter und Lehenstücke dem Kloster Gleink rechtlich zu vermachen oder zu schenken.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen †. *Lvdiwicus dei gratia Palatinus comes Reni* et dux *Bawarie* omnibvs christi fidelibus jmperpetuum. Claret liquido sacre scripture testimonio, quia, cui plus committitvr, ab eo plus exigitur, et jtem Exiguo conceditur misericordia, potentes autem tormenta potenter patientur. Hinc nos terrore tanti pauefacti iudicij intra nos medullitus ingemiscimvs et aliquod remedium gratie nobis in anima fieri credimus, si promotionibus ac utilitatibus ecclesiarum dei diligentem operam fideliter jmpendimus .... Vnde notum esse uolumus cunctis, ad quos scriptum hujus pagine peruenerit, quod nos respectu eternorum atque interuentu S. Andree apostoli specialis patroni nostri nec non pro remedio animarum videlicet memorabilis domini patris nostri *Ottonis* atque dilecte matris nostre *Agnetis*, sed et ob dilectionem ac precem domini nostri venerabilis *Ekeberti babenbergensis episcopi*, ad quem pertinet ius fundi *Gličnicensis ecclesie*, erga quem nos preacutos injmicjcie aculeos antea habuimus, sed ejvs fauori sopito odio tum satisfecimus consilio et consensu optimatum ac ministerialium nostrorvm, predicto *gličnicensi Monasterio* donvm pietatis contulimvs, quod ex inopia constructum in honore S. Andree apostoli situm esse dinoscitur in *inferioribus Noricorum partibus austrie* conterminis. Denique omnibus ministerialibus nostris sev aliis beneficia a nobis in feodo habentibus vel ibi vel quocunque habitantibus licentiam et liberam potestatem dedimus iam dicte ecclesie fratribusque ibidem deo seruientibus potestatiue conferre possessiones, predia, beneficia et Mancipia sua sev quelibet dona tam in siluis quam in agris cum omnibvs usibus fructuariis, quesitis scilicet ac inquirendis. Illud etiam concessimus, ut omnes nostri tam Ministeriales quam alij beneficia a nobis in feodo habentes potestatem habeant Mancipandi, precariandj, cambiendi cum predictis fratribus vel quoquo modo libere tribuendi possessiones et beneficia sua, quatinus eis et nobis fiat in celis eternorum retributio. Preterea, si quas possessiones ditionj et regno *Bawarie* pertinentes aut ab antecessoribvs nostris aut a quoppiam eidem ecclesie donatas

Digitized by Google

inuenimus, auctoritate nostra manutradendo consensu optimatvm ei confirmauimus. Siquidem patenter constat, propensivs licitum atque esse bene merjtorivm cenobia *babenbergensj ecclesie* ex iurefundi adtinentja de rebus regni ditari, quia ipsa probatur regno deuote famulari. Vt autem istud nostre donationis factum robur firmitatis semper obtineat nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat inritari, presentem paginam fecimus conscribj et sigillo nostro ipsam uoluimus roborari testibus subnotatis: Ipse dominus noster *episcopus Ekebertus*, Dilectus filjus noster *Otto, Heinricus de lapide, V̊lricus filjus eius, Heinricus de randeke, Menhardus comes de roteneke, Chalhoch comes de Kyrberch, Hoholdus de wolutsa, Altmmannus de abensperch, Wernherus* (vel *Wernhart*) *de labere, Poppo de geltofing, v̊lricus filjus ejus, Otto, Heinricus, V̊lricus, Fridericus de hôenheimen, V̊lricus marsalcus de srovenhvsen, Livtoldus pincerna de avwe, Perhtoldus pincerna de ôede, Ekebertvs dapifer de ekemvl, Perhtoldus de stumpf, Chênradvs de Peierbrunne, Heinricus dapifer de celle, Chênradus marsalcus de altdorf, V̊lricus der cohpf, Arnoldus de chamere, Perhtoldus filjus ejus de parteneke, V̊ricus camerarius de têfchirchen, Hermannus marsalcus de Lôesnapf, Heinricus magister coquine de pernblah, Heinricus de starcoltshoven, Siboto, Perhtoldus fratres de ôede, Eberhardus de pache, Perhtoldus marsalcus, Perhtoldus, Eberhardus* fratres de *ilmærdorf, Walchun, Hartrat, Rudolf, Heinricus Tiéme*, isti *de Vohburch* Et alii multj. Data *Ratispone* IX. kalendas octobris, Quo etiam die cum domino nostro *Ekeberto* episcopo ab *V̊ngaria* reuertente in fedus amiejtie conuenimus, anno ducatus nostri XXX^mo nj^o. . . Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XX. Indictione VIIII.^a Romanis imperante *Friderico* ij° In *alamannja* principante filio ejus *Hainrico*, Regnante domino nostro iesv christo in eternum feliciter. amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 328. — Hormayr, Werke, III. 442.

CCCCXXI.

Circa 1220. — *Ortolf von Grez schenkt dem Spital am Pihrn Besitzungen in Kirchbach und ein Bergrecht daselbst.*

Clarescat omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Ortolfus de grez hospitali sancte Marie in pirne* contuli reditus in

chirchpach, qui dicitur *pêrchrecht* annuatim XII. denariorum et ibidem ıj. urnam uinj de iure montium pro remedio anime mee et posterorum meorum ac pro omnibus meis anteecessoribus et ne inuidorum malicia deleat perpetrata, sigillo meo ac testibus subnominatis corroborauj videlicet dominus *Emzo sacerdos ac magister hospitalis* et *Marchquardus scriba natione Winnensis* et dominus *Cundacharus de Gleiscowe* et dominus *Geroldus castellanus in grez*, *Ortolfus piber* et *Hainricus prêschinch* cum duobus fratribus suis et ceteri quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CCCCXXII.

Circa 1220. — *Urtheilsspruch der vom päpstlichen Stuhle bestellten Richter in einem Streite zwischen dem Abbte zu Garsten und dem Pfarrer zu Wartberg wegen des Zehents zu Ramsau.*

H. dei gratia *archidiaconus in Gruscharn* et *S. prior in Admund* Judices a sede apostolica delegati Litteris apostolicis receptis super querimonia uenerabilis in christo fratris nostri *Garstensis abbatis* ipsius aduersarium dominum *hainricum archidiaconum plebanum in wartperch* cum coniudice nostro domino *abbate admuntensi* citauimus peremptorie. Cumque ad diem uenissemus domino abbate uni ex nobis uicem suam delegante predicto *Garstensi abbati* super peticionibus ipsius benignam prebuimus audienciam nuncio domini archidiaconi mandantes, quatenus si mandatum et litteras ratihaberet pro ipso, coram nobis responderet eidem. Qui cum diutius deliberaret, tandem se non esse procuratorem respondit constanter asseueraus, quod dominus eius archidiaconus graui detentus infirmitate nec posset ullatenus uenire. Cui pars aduersa resistens allegabat, quod si per se forsitan non poterat uenire, poterat tamen misisse procuratorem, sieut simplicem miserat nuntium ideoque cum fuerit peremptorie citatus, non ut per se tantum sed ut aut per se aut per idoneum responsalem se presentaret, contumax debuit non inmerito iudicari. His et aliis intellectis et plenius discussis dominum abbatem in rerum petitarum possessionem misimus rei seruande causa, in quam prius missus fuerat et iterato uiolenter eiectus. Verum quia non sufficit in possessionem quemquam mittere, nisi et missus tueatur, per excommunicationis sententiam eundem defendimus in eadem possessione

Digitized by Google

auctoritate, qua fungimur, cuilibet prohibentes, ne audeat eum ullatenus in eadem possessione perturbare. Finem uero litibus cupientes imponere partibus diem peremptorium jn octaua apostolorum petri et pauli in *Lůze* prefiximus gratum et acceptum habentes, si medio tempore partes in amicabilem poterunt compositionem conuenire, alioquin nos in ipso negotio, quantum de iure poterimus, ex tunc procedemus.

Original auf Pergament, dessen beide Siegel abgefallen, im Archive zu Garsten.

CCCCXXIII.

Circa 1220. — *Heinrich von Petenbach, Archidiakon, Domherr zu Passau und Pfarrer zu Wartberg, bekennt, dass er seinen Streit mit dem Kloster Garsten wegen eines Zehents zu Ramsau dem Ausspruche von Schiedsrichtern unterzogen habe.*

Dominis et Amicis dilectis *G. abbati, F. priori de Admvnde, H. archidyacono de Grőscharn* judicibus ab apostolica sede delegatis *H. de petenbach* dei gratia *archidiaconus et canonicus patauiensis chori et plebanus in Wartperch* deuotum obsequium. Reuerentie uestre presentium testimonio declaramus, quod nos justitiam diligentes et iuris equitati omnimodis intendentes causam, que uertebatur inter nos et *Abbatem ac monasterium de Gœrsten* super quibusdam decimis in *Ramesőwe* arbitris commisimus terminandam uidelicet *abbati de Crhemesmvnster* et *preposito de domo sancti floriani*, qui pecuniaria pena nos ad standum arbitrio obligantes rationibus utriusque partis auditis et diligenti deliberatione prehabita ex sentencia pronunciauerunt, quod nos *abbatem et monasterium in Gœrsten* in prefatis decimis ius habere recognoscceremus et confiteremur et eas ab ipso reciperemus nomine monasterii tenendas et hoc arbitrium confitemur nos recepisse et promisisse, quod stemus eidem.

Original auf Pergament mit rückwärts aufgedrücktem Siegel, im Archive zu Garsten.

CCCCXXIV.

1220. Herzogenhall. — *Schiedspruch der Prälaten von Kremsmünster und St. Florian zwischen Garsten und dem Pfarrer von Wartberg in Betreff des Zehents zu Ramsau.*

In nomine patris et filij et spiritus sancti *Rődolfus* dei gratia in *Cremsmvnster abbas* et *Altmannus* in *domo sancti Floriani prepositus*

Digitized by Google

Inter dilectos in christo fratres *Reinbertum Gerstensem abbatem* ex una parte et *heinricum archidiaconum plebanum in Wartperch* ex altera parte super quibusdam decimis et super quibusdam hominibus in *Ramsawe* non solum coram ordinario uerum etiam coram *abbate Admuntense* (sic) et eius coniudicibus a sede apostolica delegatis questione suborta lis fine debito non poterat terminari. Ideoque partes tandem premissa deliberatione in nos conpromiserunt sub pena decem librarum promittentes, quicquid nos inter ipsos arbitraremur, se ratum habituros. Nos uero preuia ratione uolentes decidere litem diu prorogatam de cause meritis plenius cognouimus. Et cum tandem tam ex confessione partium quam ex assertione hominum coram nobis constitutorum fuissemus facti certiores, quod decime et homines, de quibus questio inter partes uertebatur, ad *ecclesiam* spectarent *Garstensem*, quum plebanus memoratus nomine *Garstensis ecclesie* homines et decimas tenuerat memoratas et is possideat, cuius nomine possidetur, arbitrando decreuimus, quod *heinricus plebanus in Wartperch* recognosceret homines et decimas se nomine *Garstensis ecclesie* possidere, quoad ipse uiueret tantummodo, *ecclesie in Wartperch* perpetuum super eisdem silentium inponentes. Ipso uero defuncto homines et decime *Garstensi* absque omni contradictione cederent *ecclesie*. Acta sunt hec Anno M° CC° XX°

Testes huius rei fuerunt *Rvdolfvs abbas de Cremsmvnster, Altmannus prepositus sancti floriani, Engilbertus vicarius de wartperc, Wernherus vicarius de Chirchdorf, Pernhardus Parrochianus de halle, Heinricus gener ottonis de albn, Marquardus de Adelwanc, vlricus ammannus, Otto Pavsto* et alij quam plures. Hec Acta sunt jn uilla, que *Herzogenhalle* nuncupatur.

Original auf Pergament mit Siegel-Fragmenten, im Archive zu Garsten.

CCCCXXV.

1220. St. Florian. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt den Schiedspruch der Prälaten von Kremsmünster und St. Florian in Betreff des Zehents zu Ramsau, kraft dessen sie diesen dem Kloster Garsten zusprechen.*

Vlricus dei gratia *patauiensis Episcopus* dilectis in christo fratribus *Reinberto abbati et capitulo Garstensi* et *heinrico Archidiacono plebano in wartperch* omnibusque ipsis canonice substituendis

Digitized by Google

in perpetuum. Ne lites, que racionabiliter deciduntur, denno a posteris suscitentur, scripto commendantur. Huius rei gratia uobis uestrisque successoribus cura prouidentes pastorali presenti pagine commendamus, quod nos ad uestram et iudicum delegatorum a sede romana peticionem arbitrium confirmamus, quod inter uos *R. abbas de Cremsmůnster* et *A. prepositus sancti floriani* rationabiliter protulerunt, decernendo illud inviolabiliter obseruari. Fuit autem tenor arbitrij, prout ex confessione partium et assertione arbitrorum cognouimus, quod *heinricus plebanus in wartberch* decimas et homines jn *Ramesowe*, super quibus lis fuerat suscitata, recognosceret se nomine *Garstensis ecclesie* possidere et possideret, quoad ipse uiueret, tantummodo ex abbatis bona permissione, quoniam sicut fuerat declaratum ipsis arbitris, ipse prius nomine *Garstensis ecclesie* tenuerat decimas et homines eosdem in terminis *Garstensis ecclesie* constitutos. Ipso uero defuncto decime et homines loci eiusdem *Garstensis ecclesie* forent tam quoad proprietatem quam ad possessionem nullius obstante contradictione. Sciant itaque cuncti jn *wartberch* substituendi, se nullum ius jn decimis et hominibus predictis habere ideoque, ut *ecclesiam Garstensem* super eis amplius non molestent, firmiter inhibemus. Data Anno jncarnationis Dominice M° CC° XX. *domo Sanctj Floriani.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive zu Garsten.

CCCCXXVI.

Circa 1220. — *Die Åbbte von Kremsmünster, Seitenstätten und Gleink nebst dem Capitel von St. Florian bezeugen dem Bischofe von Passau und dem Capitel den Verlauf des Processes zwischen dem Kloster Garsten und dem Pfarrer von Wartberg wegen des Zehentes zu Ramsau.*

Dominis in christo reuerendis et semper diligendis *G.* dei gratia *uenerabili episcopo et Capitulo patauiensi R. in Chremsmvnster, D. in Sitanssteten* et *P. in Glvnich abbates* et *Capitulum in domo sancti Floriani* cum debita reuerentia orationes et obsequium. Instrumenta *ecclesie Garstensis* inspeximus cum sigillis arbitrorum et bone memorie domini *Vlrici pataviensis episcopi* sub ea continentia, quam (sic) sigillis nostris munitam cernere potestis.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. *Rvdolfus* dei gratia in *Cremsmvnster* etc.*)

*) Folgt der obige Schiedspruch Nro. CCCCXXIV.

Digitized by Google

Domino suo dilecto *Vl.* dei gratia *patauiensi episcopo G. abbas, F. prior in admvnd, H. archidiaconus De Grusharn* iudices ab apostolica sede delegati deuotum cum orationibus obsequium. Ab apostolica sede in mandatis accepimus, ut causam, que uertebatur inter *abbatem de Garsten* ex una parte et *Archidiaconum plebanum de Wartperc* ex altera, super quibusdam decimis in *Ramsowe* debito fine terminaremus. Cumque ita partes citassemus, tam archidiaconus quam abbas per suas litteras nobis significauit (sic), quod medio tempore ad pacificam conpositionem conuenientes in arbitros conpromiserunt sub pena decem librarum promittentes, quicquid illi inter ipsos arbitrarentur, se ratum habituros. Ipsi uero preuia ratione uolentes decidere litem diu prorogatam de cause meritis plenius agnouerunt. Et cum tandem tam ex confessione partivm quam ex assertione hominvm coram eis constitutorum fuissent certiores, quod decime et homines, de quibus questio inter partes vertebatur, ad *ecclesiam* spectarent *Garstensem*, quum plebanus memoratus nomine *Garstensis ecclesie* homines et decimas tenuerat memoratas et is possideat, cuius nomine possidetur, arbitrando decreuerunt, quod *heinricus plebanus in wartperc* recognosceret homines et decimas se nomine *Garstensis ecclesie* possidere, quoad ipse uiueret tantummodo, *ecclesie in wartperc* perpetuum super eisdem silentivm imponentes, ipso quoque defuncto homines et decime *Garstensi* absque omni contradictione cederent *ecclesię*. Porro, ut predicta controuersia in posterum sopita permaneat, excellentia uestra dignetur predictum arbitrium auctoritate pontificali confirmare.

Reuerendis dominis *G.* dei gratia *admvntensi abbati, H. archipresbitero in Grusharn, A. priori in admvnt, H. canonicus patauiensis* deuotvm cum orationibus obsequium. Cum ivdices delegatj a sede apostolica ad litem decidendam, quam cum domino R. abbati (sic) uenerabilj in *Garsten* diu iniuste contraxi (sic)*) significare uobis duxi, liti totaliter me renuntiasse ob reuerentie uestre causam coram testibus in litteris dominj *abbatis* de *Garsten* annotatis sciens me nullam iuris uel litis habere facultatem.

Vlricus dei gratia *episcopus* — wie Nro. CCCCXXV.

Original auf Pergament, mit den Siegeln der Äbbte von Seitenstätten, Kremsmünster und des Capitels zu St. Florian, im Archive zu Garsten.

*) Hier ist etwas ausgelassen.

CCCCXXVII.

Circa 1220. — *Wezelin, Abbt von Götweig und sein Convent treffen mit dem Kloster Baumgartenberg die Übereinkunft, dass dieses für den Weinzehent auf 12 Joch im Limperg in der Kremser Pfarre jährlich am St. Martinstage ein Pfund Pfenninge zahlen solle.*

Ego *Wezelinus abbas* dei gratia *ecclesie kotwicensis* et totus conuentus constare uolumus omnibus nostre posteritatis hominibus, quod de communi consilio cum abbate et confratribus de *Paumgartenberge* conuenimus, quod pro decimis uini, quas de duodecim iugeribus in monte *Limperch* infra limites *parrochie chremis* annuatim persoluere deberent, pensionem unius talenti annuatim in festo sancti MARTINI persoluant. Ut ergo tam nobis quam ipsis pactum huius rei ratum habeatur, in successionibus nostris pro memoriali cartulam istam conscripsimus et sigilli utriusque partis inpressione pro certitudine rei muniimus.

Original auf Pergament, von dessen drei Siegeln eines weggerissen ist, im k. k. geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CCCCXXVIII.

Circa 1220. — *Otto, Abbt zu Lambach, bestellt seinen Conventualen Otto als Bevollmächtigten in der Verhandlung über die Capelle in der Paura mit dem Convente zu St. Nicolaus bei Passau.*

Reuerendissimis in Christo Patribus ac Dominis Charissimis Capitulo Venerabili *Patauiensi Otho* diuina clementia *Abbas et Conuentus* humiles *Lambacensis Ecclesiæ* reuerentiam debitam et deuotam in causa *Capellæ in Pauraue*, que inter nos ex vna parte et Conuentum *S. Nicolai* in *Patauia* ex altera vertitur, licet iam super principali negotio per misericordiam expeditum et super emergentibus et incidentibus quæstionibus nec non damnis et expensis, in quibus cum ipsis volumus iudicio experiri, Dilectum in Christo Fratrem nostrum *Othonem Cellerarium Ecclesiae* nostræ et Monachum coram Vestra Paternitate nostrum constituimus procuratorem ad impetrandum, petendum, proponendum et etiam litigandum, iurandi etiam in animas nostras, si necesse fuerit, et de cætero cauere promittentes nos ratum et firmum habere, quidquid idem procurator noster coram Vobis fecerit in præmissis. In huius rei testimonium præsentem paginam nostri Sigilli munimine duximus roborandam.

Aus einem Copialbuche im Archive des Klosters Lambach.

Digitized by Google

CCCCXXIX.

Circa 1220. — *Udalrich von Grünbach verleiht dem Kloster Lambach ein Gut zu Grünbach, mit der Bedingung, dass es seine Hausfrau Adelheid, so lange sie lebt, innehaben möge.*

Vniuersitati fidelium pandere curauimus, qualiter *Ôdalricus de grůnpach* uir nobilis cum uxore sua *Adelheida* tradiderint *lambacensi monasterio predium,* quod habuerunt ad *grůnpach* cum omnibus ad idem pertinentibus ea conditione, quoadusque ipsa uiueret, eo libere uteretur, ipsa autem defuncta in proprietatem monasterii cederet. Huius rei testes sunt *Hadmar de husrukke, Ekkehart de strôzingen* et *filius eius Gerloch, Porn de uolspach,* et *filius eius Manegolt, Pabo de willihalmsperge* et *Engilscalcus, Adelrammus de sikkental, Etich de geilspach, Durinc de steinpach, Timo de offenhusen, Heinricus de œiterpach, Dietricus de půhele, Wermôt* et *Hawart* filius eius, *Perngcr de chappellen et frater eius, Purchart de inne, Gotefrit, Wermôt, Hœrtwicus, Perngerus prepositus, Wizil, Hœrtwicus planche.*

Aus einem Copialbuche im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXXX.

Circa 1220. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet eine Übereinkunft des Klosters Wilhering mit Heinrich von Tretena wegen eines Hofes zu Wegeldorf.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Volricus sancte patauiensis ecclesie episcopus.* Cum generatio preterit et generatio aduenit et ex tali rerum uicissitudine omnia pretereunt more fluentis aque, ieirco (sic) necesse est scripto mandari, quicquid ad posteritatis inspectionem debet transmitti, ut fideliter et tenaciter conseruet pagina, quod elabi poterat a fugaci hominum memoria. Ea propter tam presentibus quam futuris patere desideramus, qualiter dominus *ortolfus de teigrenbach* uiam uniuerse carnis migraturus predium suum in *wrgeldorf* situm pro remedio anime sue beate Marie in *Willeringen* obtulit, set hanc eius oblationem et donationem *Heinricus de tretena* hereditaria successione sibi attinere affirmans cassam esse uoluit et plurimis placitationibus aduersus abbatem suscitatis reuocare et retractare omnimodis attemptauit. Tandem uero super uexatione, quam cenobio intulerat, penitentia ductus ad ipsum locum accessit et

Digitized by Google

omne ius proprietatis ad se spectantis super altare sancte dei genitricis Marie coram multis testibus delegauit. Quo contra abbas de consensu et consilio fratrum suorum acceptis a prefato Heinrico duobus talentis ipsum predium ei et uxori sue et uni liberorum suorum *ottoni* uidelicet colendum conmisit eo dumtaxat tenore, ut, quoad uiuerent, ex ratione culture annuatim in natiuitate sancte Marie dimidium talentum soluerent et hunc annualem censum si ante festum beati Michaelis exhibere dissimulando negligerent, cum banno uno, id est LX. nummorum satisfactione dissimulationem reconpensarent, et post illarum trium personarum decessum cum animalibus et cetero apparatu ad cultum curie pertinenti sine ulla contradictione in usus et proprietatem ecclesie libere deueniret. Wt igitur Hec omnia ab utraque parte rationabiliter contracta et idoneis testibus insignita stabili firmitate inuiolata permaneant, pactionis huius formam precepimus conscribi et sigilli nostri inpressione Muniri, ne a quoquam posterorum malignitatis ausu presumatur infringi. Huius uero rei testes sunt *Henricus decanus de nuenburc, Leo plebanus de grezkirchen*, Laici autem libere condicionis *Heinricus de Wessenberc, albero;* Ministeriales *Gundaker de stire, Otto et siboto de teigrenbac, ortolfus filius ortolfi de teigrenbac, alramus aduocatus, vlricus bircan, werhardus de sincingen, Rvbertus de concingen, Heinricus cecus, cvonradus de Holzluten, otto et otaker de stille, Nendingus, Albertus euerdingen, cvonradus lapicida et vlricus filius eius, teodericus, vecelo, Otaker et bertoldus, godefridus, cvonradus fratres, diepoldus.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, pag. 504.

CCCCXXXI.

1221. 2. April. Lateran. — *Papst Honorius III. genehmigt die Übergabe des Klosters Schlägel an den Prämonstratenser-Orden.*

Honorius Episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *G. Rectori* et fratribus *Sancte Marie in Slag* Premonstratensis ordinis Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus fauorem beniuolum inpertiri. Sane sicut ex parte vestra fuit expositum coram nobis, cum venerabilis in Christo frater noster *Patauiensis episcopus Ecclesiam sancte*

Digitized by Google

Marie in Slag de voluntate patroni eiusdem Ecclesie Capituli sui accedente consensu vobis pie ac prouide duxerit conferendam in ea secundum Premonstratensis ordinis instituta domino seruituris, Nos vestris precibus inclinati, quod per eundem Episcopum super hec prouide actum est, authoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se nouerit incursurum. Datum *Lateranj* IIII. Nonis Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto.

Aus einem Vidimus des Bischofs Wernhard von Passau ddo. 25. Februar 1300, im Archive des Klosters Schlegel. — Confer. Mon. boic. XXVIII. II. 142. — Gewold, III. 37.

CCCCXXXII.

1221. II. Mai. Burg Wessenberch. — *Nachträglicher Vertrag zwischen dem Kloster St. Florian und Dietmar von Alhalmdorf wegen eines Gutes in Pösenbach, welches dieser bereits bei seinem Zuge ins heilige Land an jenes gegeben hatte.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego *Altmannvs prepositus* cum uniuersitate capituli *S. floriani* vniuersis christi fidelibus salutem in eo, sine quo nichil salubriter possidetur. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod *Ditmarus miles de Alhalmdorf* in terre sancte subsidium profecturus, cum non haberet liberos, iure proprio uendidit et tradidit *ecclesie S. floriani* pro libris XIII *predium* suum *in Pösenbach* situm iuxta curiam decimalem. Qui etiam reuersus a terra sancta, postquam nati fuissent sibi filii IIII^or^ *Wernhardvs, Marqvardus, Ditmarus, Heinricus* et ad etatem legitimam peruenissent, licet ex superhabundanti tamen ad sufficientem cautelam procurauit, quod et filii ratam habuerint eandem uenditionem et renuntiauerint omni iuri, quod posset facere pro eis in predio supradicto et ipsi pariter cum patre promiserint sub sacramento, quod coheredes suos, quos habuerint tunc seu etiam habituri essent, ad idem faciendum inducerent cum effectu Adicientes ad ampliorem cautelam, quod siue pater per se siue filiorum suorum aliquis contra emptionem dictam aliquando uenire adtemptaret, ab *ecclesia S. floriani* redimeret pro libris XXX predium supradictum. Nos etiam prepositus uidelicet et capitulum concessimus eidem *Ditmaro predium in Chogil*

Digitized by Google

sub annua pensione denariorum LX. quoad uixerit, ita ut transferendi ad heredes seu etiam aliquo modo alienandi nullam habeat potestatem, sed post mortem ipsius ad dominivm et usum ecclesie reuertatur. Ne autem res in dubium reuocari possit, in rei geste memoriam hoc scriptum sigilli nostri appositione firmauimus, testibus, in quorum hec omnia facta sunt presentia, subnotatis. Testes *Chunradus de perndorf, Wernherus de Chuninperge, Chunradus dapifer, Helmwicvs de Mûsporze, Marqvardus gener wernheri. De chogil, Richerus decimator, Heinricus preco, Meingodus* quondam *camerarius, Fridericus camerarius, Ortolfus vol, Walchunus de hovesteten, Otto seruiens prepositi, Chunradus seruiens plebani de S. Maria, Chunradus geyer.* Acta sunt Anno incarnationis domini M° CC° XXI° V. Idus Maii. Ante *castrum Wessenberch.*

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCXXXIII.

1221. — *Heinrich der ältere, Heinrich der jüngere und Wernhart von Schaunberg bekräftigen dem Abbte zu Niederaltach die Rechte seines Klosters an der Maut zu Aschach.*

Wir *Heinrich der elter* undt *Heinrich der Jüngere* undt *Wernhart uon Schallenberch* (sic) tun chunt allen den, die disen Brief vernement, dass wir den Herrn den Abbt uon *Nideraltach* geloben, erkhennen undt behalten aller der alten recht, di er hat an unser Mautt datze *Aschach* und obhalt seiner vas an unser Mautt kament hintze Aschach mit neuen Podinen, da ist er uns nichts von schuldig in wan des uorbenanten alten rechts. das diser rad statt undt unbekhrenkht beleib, des geben wir ime disen Brief mit unsern Insigln. das ist geschehen, do uon Christes geburdt seindt gewesen dausent Jahr, zweyhundert Jahr undt aindzundt zwainzig Jahr.

Mon. boic. XV. pag. 4.

CCCCXXXIV.

1222. 13. März. Worms. — *König Heinrich VII. erklärt die Brüder Alramm und Albert von Hals und viele Andere in die Acht wegen Beeinträchtigungen des Bisthums Passau.*

Heinricus dei gratia *Romanorum rex* semper Augustus omnibus fidelibus suis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne

Digitized by Google

bonum. Ad uniuersitatis vestre notitiam presentis certitudine scripti cupimus peruenire, quod, cum ex instancia dilecti et familiaris principis nostri *G. electi Patauiensis* taliter in conspectu nostro fuisset data sententia, ut singulas causas tum aliis omnibus ecclesie sue factis in hoc ipse debeat inchoare articulo, in quo predecessorem suum illa constiterat dimisisse. Idem coram nobis querimonia deposuit de castris et malefactoribus quibusdam, quorum nomina subnotari fecimus, quod per eos circiter VI. M. Marcarum dampnificata sua esset ecclesia et petiuit, quatenus secundum indulgentiam cruce signatis a romana sede concessam ipsi iustitiam exhibere curaremus. Et hec omnia cum probabilibus legitimis testibus coram nobis, malefactores eosdem pariter et castra non obstante eo, quod in babaria terra non exstitimus, presertim tum crucesignatorum priuilegium hanc legem excludat, proscriptionis regie sententia iure coacti condempnauimus uniuersitatem vestram monentes atque firmiter mandando precipientes, quatenus illos similiter et castra ut nostros ac Imperii proscriptos persecutione vestra non cessetis omnimodis inpugnare. Hec sunt nomina eorum: *Alramus et frater eius Albertus de Hals, Albertus de Ode, Fridericus de Grub, Otto de Asenhaim, Engelboldus de Tragenreute, Engelschalcus de Saechsingen, Heinricus de Prunste, Rapoto et filius eius de Heyzingen, Irnfridus de Gortsne, Duringus sagittarius, Nythardus* (et) *Marchardus de Tagenbach, Marchardus schell, Eberhardus de Aesenheim, Fridericus frater eius, Heinricus de Asnhaim, Ortwinus de Ylzstade, Hainricus murator, Rudegerus pademe, Chunradus de Aentznchirichen et Tymo frater eius, Leo de Rogolfing, Marthelo de sweiber, Albero de Phaffsteten, Egelbertus de Hierzpach, Engelbertus de Sweitzenpach, Albero de Fronsteten, Heinricus de Hohenwart et frater eius Chunradus, Hainricus de Chirichperg et item Hainricus et Ruegerus frater eius Hainricus de Fraunreyt, Albero de Muterna, Hainricus de Schonstain, Fridericus Lucho, Chunradus de Ebergozesperig, Engelbertus de Raechenwinzperg, Item Albertus de Ewergaesenzperg, Ortolfus de Tandorf et frater eius Heinricus, Wanungus sagittarius, Chunradus de Tufstat, Heinricus Fuzub, Heinricus de Tobel, Lienhardus, Heinricus, Alramus, Heinricus, Walchunus sagittarii de Vttendorf, Heinricus de Cherfenstain et frater suus Chalhohus, Lienungus et Walchunus de Ruzdorf, Pilgrimus de Ostenholtz, Wolframus de Oehsenpach, Hartmannus* (et) *Dietherus de Viechtenstain, Ortolfus*

Digitized by Google

de Rutingen et frater eius Vlricus, Albero de Grantperg, Rugerus de Nyndlingen, Hermannus Ponsider. Hec sunt Castra: *hals, Schonstain, Rotenwerch, Newnhawsen, Fiechtenstain, Marspach, Johenstain.* Acta sunt hec apud *Wuermatiam* III. ydus Martii, Indictione X. presentibus *Syfrido Moguntiensi Archiepiscopo, Ottone herbipolensi episcopo, Chunrado Cancellario Motinensi* (Metensi) *et Spirensi episcopo, Heinrico Wurmacensi episcopo, Ludwico Comite de Wirtenwerch, Wernhero de pondlande* et aliis pluribus.

Mon. boic. XXXI. I. 510.

CCCCXXXV.

1222. 17. Juni. Enns. — *Das Kloster Gleink verkauft dem Kloster St. Nicolaus bei Passau seinen Keller sammt Zugehör am Kirchhofe der heil. Maria zu Enns.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Pilgrimus* dei gracia *abbas in Glůniche* Notum facimus cunctis Christi fidelibus, quod nos communi et beniuolo consensu omnium fratrum nostrorum *lapideum cellarium* nostrum cum ipsa area et cum altero domate horrei nobis inutilia in Cimiterio *ecclesie s. Marie Anesi* vendidimus *ecclesie sancti Nycolai Patauie* in manu domini *vlrici* eiusdem *ecclesie tunc prepositi* pro XV. solidis tali condicione, ut eidem ecclesie in ius perpetue proprietatis, sicut et nos possedimus, permaneat firmiorque amicicia inter nos et eos deinceps persistat. Quod ut omni euo ratum et inconuulsum permaneat, fecimus hanc paginam inde conscribi et sigillo nostro communiri et nomina burgensium, qui interfuerant, adnotari. Testes dominus *Otakarus Decanus, Guntherus filius eius, Hermanus tobhach, Herman wöluel, Leubman, Heinricus Rusticus, Dietricus súchsherf, Heinricus de Lantzenperg, Eberhardus carpentarius, Chůno ecclesiasticus.* Et hij de familia *s. Nicolai Heinricus miles, Walther, Eberhart zwinse, Heinricus slehte, Lvdwicus monachus* et alij. Actum est dominice Incarnacionis Anno M° CC° XXij. XV. kalendas Julij in *cymiterio ad sanctam Mariam.*

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königlichen Bibliothek zu München.

Digitized by Google

CCCCXXXVI.

1222. 5. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster St. Nicolaus und dem Dechant zu Enns bezüglich auf die bei der Kirche der heil. Maria (Maria Anger) bei Enns eingehenden Opfer.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis *Gebhardus* dei gracia *Patauiensis episcopus* dilectis in Christo fratribus *Ulrico preposito* eiusque successoribus canonice substituendis et *Capitulo sancti Nycolai* et *Otacharo Decano**) eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. Ne lites ex litibus oriantur aut ea, que fuerint preuia racione salubriter decisa, valeant a posteris propter obliuionem in iudicium denuo reuocari, ea, que inter homines geruntur, merito scriptis autenticis commendantur. Huius rei gracia uobis uestrisque successoribus in futurum prouidere cupientes decisionem controuersie, que super obuencionibus *ecclesie sancte Marie aput Anasum* site inter uos est habita, presenti pagine commendamus. Siquidem cum prefixus fuisset partibus dies peremptorius ab *abbate de Alderspach* et eius coniudicibus, quibus cognicio cause a Romano fuerat pontifice demandata, per viros discretos et honestos pro bono pacis actum fuit, quod partes in arbitros compromiserunt sub pena XXX. librarum, quibus in die ad arbitrandum prestituto pariter conuenientibus examinacione prehibita diligenti in presencia prepositi et prefati *Decani anasensis* sunt arbitrati, quod quecumque res mobiles seu se mouentes sev immobiles, quocumque nomine censeantur, hoc est siue denarij siue cerei siue casei siue animalia siue predia siue domus siue quelibet res alie in missa in Pentecosten uel in Natiuitate sancti Johannis baptiste uel in Assumpcione beate virginis uel alio quocumque tempore, quo populus aliarum plebium illuc pro deuocione conuenerit, offerentur, decano siue ipsius successori, *Custodi sancti Nycolai* siue ipsius uicario, si vicarium ipsum contingeret habere, in duas partes equa proporcione bona fide diuiderentur, quarum vna decano siue ipsius successori reliqua *custodi sancti Nycolai* siue ipsius nuncio absque omni cederet diminucione, Denarij uero ante missam, prout cuique ipsorum a populo in manus offerentur, accipiencium absque vlla diuisione permanerent. Quod cum ad ipsius capituli

*) Am Rande steht von späterer Hand: „anasensi".

Digitized by Google

sancti Nycolai noticiam peruenisset, Capitulum se nimis enormiter lesum per tale arbitrium racione ultimi articuli asseuerabat Ideoque propter ipsius contradictionem arbitrium in publicam formam non fuit redactum nec consensu chori Patauiensis roboratum, cuius erat tum ex forma compromissi tum propter absenciam Dyocesiani (sic) Episcopi tunc in ultra marinis partibus commorantis Auctoritatem et robur sue ratihabicionis impertire. Demum uero partibus in inuicem concordantibus arbitrio stare decreuerunt Vltimo articulo immutato ita uidelicet, ut quecumque res mobiles seu se mouentes seu eciam inmobiles, quocumque nomine censerentur, siue ante missam siue in missa siue post missam siue circa vesperam in supra notatis sollempnitatibus seu temporibus offeruntur, Decano predicto siue ipsius uicario, *Custodi sancti nycolai* siue ipsius vicario, si et ipsum vicarium contingat habere, omnes bona fide in duas partes equa proporcione diuidantur et singule singulis, prout premissum est, bona fide absque diminucione tribuantur. Porro priuilegium sancte memorie *Altmanni Episcopi Patauiensis*, quod supra dictam ecclesiam ad luminaria *ecclesie sancti Nycolai* ab ipso traditam manifeste declarat cum omni utilitate tam in oblacionibus quam in areis et censualibus super iure proprietatis ipsius ecclesie tantum in suo robore integrum et saluum permaneat, in omni utilitate tam oblacionum quam aliarum obuencionum prorsus innouato quantum, ut premissum est, secundum huius pagine tenorem omnis utilitas in diuisionem uenit bona fide. Ad ultimum uero coram nobis conparentibus Preposito et capitulo per se et *decano anasensi* per suum nuncium munitum litteris rati habicionis et mandati nobis humiliter et instanter supplicauerunt, quatinus premissam decisionem nostra dignaremur auctoritate confirmare. Presentibus igitur et consencientibus Dominis de *choro Patauiensi* auctoritate, qua diuina gracia largiente fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus eandem Statuentes, ut siqua parcium huic pagine temere uoluerit contraire, iuxta quod premissum est, alteri parti XXX. libras Wiennensis monete persoluat nullius obstante contradiccione. Et ut in nulla sui parte presens pagina possit uacillari aut ab ullo successorum inposterum calumpniari, nostrum sigillum et *chori Patauiensis* et parcium sigilla eidem fecimus apponi. Datum *Patauie* anno domini M.CC.XXII. Indiccione decima, iij. Nonas Julij, Pontificatus nostri anno primo. Huius rei testes sunt *Otto Decanus Patauiensis*, *Chalohus*, *Magister Heinricus zobelinus*, *Eberhardus*

Digitized by Google

de Jahenstorf, Chrafto, Eberhardus de Faeuhtenpach Canonici Patauienses, Magister Dietricus, Guntherus plebanus de Lozperch, Magister Einwicus.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. Bibliothek zu München. — Hund—Gewold, II. 560 (edit. Monac.), mit der falschen Jahreszahl 1230.

CCCCXXXVII.

1222. 14. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, bestätigt die alten Rechte der Stadt Eferding.*

In nomine domini *Gebehardus* dei gratia *Patauiensis episcopus* omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris In perpetuum. Quia nostra interesse dinoscitur, ut utilitatibus omnium ecclesie nostre pertinentium hominum sollicitudine paterna prospicere debeamus, hinc est, quod ad presentium noticiam et ad futurorum memoriam cupimus peruenire, quod licet *cives ciuitatis nostre Euerdingen* in solutione mvte apud *Patauiam* ciuitatem nostram hoc ius ex antiquo habnerint, quod ipsi ciues Patauienses habere noscuntur, quia tamen ita factum est propter antiquitatem temporis, quod ius idem per dies aliquod est subtractum eisdem, uolumus atque statuimus innouantes, quatenus prefatj ciues de Euerdingen in ipsius solutione mvte de propriis rebus suis sicut et hactenus cum ciuibus Patauiensibus pari gaudeant gratia atque iure. Preterea elucescere cupimus uniuersis hanc paginam intuentibus, quod ipsa ciuitas Everdingen hoc etiam iure gaudet, ut omnes aduenientes recipiantur atque seruentur ibidem preter eos tantum, qui manifeste furtum secum afferunt seu rapinam neque ibj eiciendus aliquis est proscriptus, nisi interdicatur ibj primitus uel ipsius inibj proscriptio publice nuncietur. fur quoque siquis in ciuitate captus fuerit, de ciuitate, sicut est cinctus cingulo, debet dari. Siquis uero ciuium proscriptionem meruerit, hic est in ciuitate seruandus, quousque absolutionem obtineat per satisfactionem debitam de commissis; sed et id cunctis manifestandum duximus, quod de *curua aha* usque *Tratwerde* aduocatia ad nostram omnimodis spectat ecclesiam et de nauibus in hoc, quod dicitur Stechreht, nos et successores nostri habemus iudicium ut in foro. Vt igitur ista permaneant inconuulsa, presentjs priuilegij paginam conscribj et conscriptam nostri impressione sigillj fecimus consignarj testium, qui interfuere, nominibus subnotatis. Hij sunt testes: *Hadmarus de wesen, Livtoldus de Sauerstetin, Pilgrimus et Waltherus fratres de Tanneberch*

Digitized by Google

et alij plures. Datum apud *Patauiam* II. Idus Julij Anno dominj M. CC. XX. II. Indictione decima, Pontificatus nostri anno primo.

Mon. boic. XXIX. II. pag. 330.

CCCCXXXVIII.

1222. 5. September. Botzen. — *Ludwig, Herzog von Baiern, gibt dem Bischofe von Passau die Grafschaft im Ilzgau wieder zurück.*

Lodewicus dei gratia Palatinus rehni et Dux Bawarie Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem in domino. Ad uniuersitatis uestre noticiam cupimus peruenire, quomodo domino nostro *Patauiensi episcopo Comitiam in ylskeu*, cuius termini ab *ylsa* usque ad *inferiorem Muhelam* protenduntur, eam uidelicet, quam ipse dominus episcopus nobis concessit, ea sibi ex resignatione nostra ab imperio concessa et etiam priuilegio confirmata nec pariter cum filio nostro resignauimus sub huiusmodi libertate, ut a *Comite Perngero* atque ab aliis omnibus, siqui forsan fuerint, eum super ipsa impetentibus illam ei iuris ordine tueamur, pro quo facto et ipse nobis Quingentas Marcas dabit ad festum beati Jacobi in proximo aduenturum. Ad huius etiam soluende nobis pecunie certitudinem firmiorem ex officio suo *Possenmvnster* et de bonis suis in *Sulzbach* nobis et filio nostro ad LX. libras in annuis redditibus lege huiusmodi obligauit, ne quicquam nunc infra festum beati Jacobi ex illis percipere debeamus, sed si talem nobis pecuniam adhuc forsan ipse distulerit, bona eadem nobis obligata cum omni usufructu tytulo pignoris tamdiu possidebimus, donec ipse ante idem festum Jacobi ea duxerit redimenda. Vt igitur factum huiusmodi consistat perpetuo inconuulsum, presentem paginam nostro atque domini nostri *Frisingensis episcopi*, qui eidem interfuit, sigillo signatam prefato domino nostro episcopo exhibuimus testium nominibus subnotatis. Hii sunt testes: *Vlricus Comes de Vote, Perhtoldus de Allenuelt, Chunradus Comes de Moseburch, Chalhohus Comes de Chirichperch, Abrammus de Halse, Perhtoldus de Schiltperch, Leutoldus de Owa, Otto Fuz, Vlricus de Scrouenhousen, Chunradus de Baierbvnne, Chunradus de Frivndesperch, Guntherus de Giesenpach, Ysenricus de Waldeche, Otto de Johanstorf* et alii quam plures. actum *Bozani* Nonis Septembris anno domini Millesimo CC. XX. Indictione VIII.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 297.

Digitized by Google

CCCCXXXIX.

1222. 1. October. Catania. — *Kaiser Friedrich II. ernennt den Propst Heinrich von Ranshofen zu seinem Caplan und nimmt das Kloster in seinen besondern Schirm.*

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Sicilie Universis fidelibus suis per Imperium constitutis omne bonum. Fidelitati vestre volumus esse notum, quod nos adtendentes prudenciam et honestatem H. *prepositi de Ranshoven* fidelis nostri ipsum in dilectum Capellanum recepimus et tam personam ipsius quam omnia bona, que in presenti habet vel in futuro dante Domino poterit adipisci, sub speciali nostra et Imperii suscepimus protectione districtius inhibentes, ne quis eum in persona vel rebus suis contra protectionis nostre tenorem molestare aut perturbare presumat. Quod si presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Datum *Cathanie* Kalend. Octobris Indictione XI.

Mon. boic. III. 331. — Confer. loc. cit. XXX. I. 113.

CCCCXL.

1222. 7. December. Wien. — *Schiedspruch des Herzogs Leopold VII. zwischen dem Kloster St. Florian und der Witwe Otto's von Ancinberg wegen eines Weingartens.*

L. dei gratia *dux austrie ac stirie* omnibus christi fidelibus Amen. Vniversorum christi fidelium noticie presentium testimonio declaramus, quod contentio, que uertebatur inter prepositum de *domo Sancti Floriani* ex una parte et inter *Agnetem filiam Heinrici de Brvnne viduam Ottonis de Ancinperge* ex altera super quadam vinea et agris iuxta *Ancinperge* sitis, in presentia nostra coram multis nobilibus et prvdentibus viris per amicabilem conpositionem taliter est sopita, videlicet quod prepositus cum pleno consensu sui capituli iam dicte vidue predictam vineam et agros ad tempus vite sue concederet sub annua pensione LX. denariorum in festo S. Mychaelis persoluenda tali interposita condicione, quod si vidua predicta statutam pensionem certo tempore persoluere negligeret, ipsa teneretur preposito soluere bannum, videlicet LX denarios, qui tunc super vineam et agros computentur. Vt autem talis conpositio in posterum firma et inconuulsa constaret, prepositus vidue et vidua preposito super predictis literas testimoniales suis sigillis munitas traderet

Digitized by Google

continentes nomina testium, coram quibus predicta conpositio facta fuerit. Nos igitur premissam conpositionem ratam habentes super eius confirmationem presentem paginam iussimus conscribi et sigilli nostri inpressione muniri. Huius rei testes sunt *Heinricus de Brvnne, Rvdolfus de Potindorf, Otto tvrs, Hadmarus de Svneberch, Wichart de Arnstein, Chvonrat de Arberch, Hvgo tvrs, Chvorat* (sic) *de Schoenneowe, Otto de Perhtolstorf, Meinhart de ynzinstorf, Livtolt de hohinstovffe, Otto de werde, Volricus de Chirchlingen, Volricus de Radvne; Dietricus et Goetfridus de Wienen, Rvdolfus de ancinperge, Heinricus (nagili) de ancinperge, Fridericus (vultur) de wezmanstal, Ernsto de hvntsheim, Vlricus (puer) de chvnigisprvnne, Ortolfus de acinbrvke, Volricus filius eiusdem Ortolfi, Wolfkerus purchgravius de Gors, Goetfridus senior et Goetfridus ivnior de Preitenwidae, Wido de wienen, Helmwicus de Griezze.*

Acta sunt hec in *Wiena* Anno ab incarnatione domini MCCXXII. VII. Idus Decembris *apud Scotos.*

Original mit Siegel, im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 301.

CCCCXLI.

1222. Wels. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, übernimmt die Vogtei des Stiftes Lambach.*

Levpoldvs dei gratia *dux austrie* et *styrie* In perpetuum. Qvia perversitas malignorum et materia jvrgiorum oblivio factis hominum bene Gestis solet Plurimvm adversari, ea, que piis locis de fauore principum provenivnt ad commodum et profectum, debent non inmerito scriptvre remedio perhennari. Hinc est, quod nos ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod nos de consilio magnorum nostrorum cum *ecclesia Lambacensi* pro totis ivribus, que de fundatione sua in *civitate vvelsa* libere possidebat, convenimus sub hac forma pacem terre sperantes exinde multipliciter profuturam. Dedimus eidem ecclesie redditus viginti talentorum perpetuo possidendos et tam abbas quam fratres ipsius monasterij proprietatem et omnia ivra, que habere in civitate predicta non solum in theloneis sed et iudiciis noscebantur, nostris manibus concorditer obtulerunt a nobis et nostris heredibus sine contradictione qualibet possidenda. Qvia vero sepedicta ecclesia aduocatie libertatem per aliquantum temporis postea expetebat a nobis, nos eam postulantibus abbati et fratribus

Digitized by Google

antedictis libero animo indulsimus tali modo, quod ipsi nobis nominatos viginti talentorum redditus redderent et plenarie resignarent. Quod ipsi in presentia nostrorum nobilium faciebant. Remisimus igitur monasterio memorato quamlibet pensionem, exactionem et alia quelibet seruitia, quocumque nomine censeantur, que nobis poterant vel possent ex aduocatia ipsius *monasterii in Lambach* in bonis, redditibus quibuscumque et hominibus provenire nil vtilitatis de hiis omnibus preter solum nomen aduocati nobis aut nostris heredibus reseruantes exceptis triginta talentis vsualis monete nostre camere singulis annis de cetero persoluendis hoc nichilominus addito et presenti pagina irrevocabiliter confirmato, quod hec eadem aduocatia per nos vel heredes nostros ad alienas manus numquam in perpetuum conferatur sed in nostris seu heredum nostrorum manibus irretractabiliter maneat eo modo, quo prediximus, duratura. Vt autem hoc presens concambium et nostra gratia liberalis nulla possit infirmitatis molestia deprauari, sub adnotatis testibus duximus facti seriem prelibati per appensionem nostri sigilli vere confirmationis gratia roborandam. Testes huius rej sunt hii: *Hermannus comes de Ortenburch*, *Wilhelmus comes de hevnburch*, *Otto camerarius*, *Hartnidus de Ort*, *Herrandus de veildonia*, *Perhtoldus dapifer de Emberberch*, *Hadmarus de Chunringe*, *Irnfridus de hintperch*, *Albero de Pollenheim*, *Ditricus de Puhel*, *Henricus de hage* et *Siboto frater suus*, *Ditricus pramhase*, *Eberhardus de Angesicz*, *Hermannus Rughalm*, *Ditmarus iudex de welsa*, *Leo civis* et alii plures. Datum apud *Welsam*. Acta sunt hec anno domini M° CC° XXII° feliciter. Amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Lambach. — Kurz, Beiträge, II. 450.

CCCCXLII.

Circa 1222. — *Dietrich von Pühel und Adelheid seine Gemalin stiften eine tägliche Messe in der heil. Dreifaltigkeits-Capelle zu Lambach.*

† C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego *Ditricus de Puhel* et *uxor* mea *Adelheidis* ministeriales ducis *Austrie et Styrię* labentis mundi huius et uitę transitiuum ac subitaneum considerantes decursum, cum nullius successionis fungeremur herede, pro hereditate regni celestis ac nostrorum remedio parentum uerum et pro salute dominorum nostrorum uidelicet ducis Austrię et suorum successorum tradidimus potestatiua manu *monasterio in Lambach predium*

Digitized by Google

nostrum in *Puhel* uidelicet *curiam in Puhel* et curtem adiacentem et quidquid in concambio recepimus in *Puhel* pro curte, quam eidem ęcclesię tradidimus, et *predium in hage* et *porz* et *utental* et *chazbach* et *uineam in alhoch* cum suis attinentiis et curte. Hanc autem donationem ea fecimus ratione, ut in loco, ubi sepultura habetur pię memorię fratris mei *Chunradi de Puhel*, construatur de communi sumptu uidelicet domni abbatis et nostri capella in honore sanctę et indiuiduę trinitatis, ubi cottidie missa fiat et de reditibus illis sacerdoti illi, qui ibi diuina celebrabit cottidie, poculum uini et panis albi preter suam administretur prebenda. Preterea tradidimus eidem monasterio *predium apud Euerdingen*, quod libere et potestatiue possedimus, tali conditione, ut dies annua constituatur nobis et parentibus nostris eo die, quo ego et uxor mea decesserimus, et de reditibus illius predii fratribus administretur et pauperibus et uolumus, ne abbas in eodem predio aliquam sibi presumptionem usurpet preter reditus et steuram et ne aliqua occasione a loco *lambacensi* alienetur. Tradidimus etiam prefato monasterio omnes nostrę proprietatis homines ad censum v denariorum exceptis his, qui sunt militaris conditionis. Volumus etiam, ut huius donationis nostrę aduocatiam nemo sibi usurpet, quia ipse rex regum et dominus dominantium, cui hanc nostri iuris uotiue obtulimus donationem, nullo super se eget defensore. Sin autem diuina ordinatione a domino heredem acceperimus, uolumus, ut huic heredi totum predium predictum libere et potestatiue iure cedat proprietatis excepto *predio in Alhoch* scilicet uinea cum suis attinentiis et curte et ea *curte apud wels*, quam ab abbate susceptam tenemus, quę sine omni contradictione monasterio in lambac iure debet cedere proprietatis. Uolumus etiam, ut si capella predicta nobis superstite constructa non fuerit, *predium apud euerdingen* ad medietatem sumptus in huius operis cedat consummationem. Siquis autem hanc nostram traditionem infringere attemptauerit, cum datthan et abyron perpetuę subiaceat dampnationi. Hec ut in ęternum rata permaneant, testimonio subscriptorum roborantur. *Heinricus* et *Siboto frater eius de hage, Ditricvs pramhas, Eberhardus Ansiez, Ditmarus Gugrél, Chunradus lau, Vlricus schonpuhel, Ditricus, Chunradus phaphindorf fratres, Ulricus Chrotindorf, Marchwardus Puhel, Heinricus, Otto Camerarius, Hartungus, Chunradus de Swaige fratres, Walchun, Reinolt, Herrandus Hornarn, Otto Pellifex, Rudegerus, Fridericus de Haunpretign fratres, Eberhardus preco,*

Digitized by Google

Arnoldus, Chunradus preco, Alrammus, Heinricus preco, Gundrammus preco, Ditricus nemorarius, Ulricus schober plebanus de otespach, Leutoldus de afnan, Dietmarus Posach, Hermannus Rughalm, Snello, Dietmarus oven, Reingerus Gatring.

Original auf Pergament, mit den zwei Siegeln des Ausstellers und des Abbtes von Lambach, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLIII.

1223. 29. März. Lateran. — *Papst Honorius III. bestätigt die Schenkung Dietrich's von Pühel an das Kloster Lambach.*

HONORIUS episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Abbati et Conuentui de Lambac* Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones, homines et res alias Monasterio uestro a Nobili uiro *D. de Puhel* pro salute anime sue pia liberalitate collatas, sicut eas iuste et pacifice possidetis et in litteris inde confectis dicitur plenius continerj, uobis et per uos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lateranj* IIJ kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno Septimo.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLIV.

1223. 24. April. Gleink. — *Ekbert, Bischof von Bamberg, bestätigt die Schenkungen seiner Vorfahren, der Bischöfe Otto I., Engelbert und Otto II., betreffend die Käserau bei Windischgarsten und andere Güter im Garstenthale an das Kloster Gleink.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Ekkebertus* dei gratia *babenbergensis Ecclesie Episcopus* vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis gratiam in presenti et gloriam infuturo. Officii

Digitized by Google

nostri ratio postulare uidetur, ut profectus et honor ecclesiarum dei nostra pia sollicitudine ad melius instauretur, hoc toto mentis conamine considerantes vniuersitati fidelium christi presenti scripto pandimus, quod nos ob venerationem diuinorum festum sancti pasche in dilecto nobis *Monasterio Glůnik* constituti et humane tractati spe eterne glorie et jnteruentu sancti Andree Apostoli donauimvs et confirmauimus eidem Monasterio *Siluam* quandam jn *windischgersten* sitam, que *Chaiserawe* nuncupatur terminis istis veris et legitimis euidenter expressis, videlicet a *monte Wrchogel* in vno latere montis ipsius directim per uallem usque ad *montem Langwat* secundum descensum pluuialis aque per totam *Aegyam* usque *jn Tyecha* Et a *monte Langwat* secundum descensum rivi et vallis ipsius montis usque *jn Tyecha* descendentia, Et a *fluvio Tyecha* usque ad *Sebach*, Et per *riuum Sebach* sursum usque ad *Stagnum* et ipsum stagnum, dequo nomen sumpsit der *Sebach*, Et a stagno sursum usque ad *lacum Lawen*, et a *Lawen* usque per fontem, Et a fonte per rupes, que dicitur *Torsteine*, et a *Torsteine* sursum usque ad *willdense* Et a *willdense* usque in *pirnse* deorsum, Et a *pirnse* secundum descensum *rivi Tyecha* directim per totum *montem Swerzenberch* jnfra et Supra, culta et jnculta Cum alpibvs usque jn *Sebach*. InSuper alterum montem, qui dicitur *Gůlich* et *Salinam*, que in ipso est, et omnia hinc et jnde ex latere montis undique iacentia, Et supra ipsum *montem Gelich* Siluam totam cum omni vtilitate, qve ibi nunc est aut perpetuo fieri poterit. Conferimvs etiam et roboramvs ipso die dicto Monasterio trans *flumen Tampach* jn *uilla Gersten* duo *predia Mansum Gozilay venatoris an der wre* cum proximo pheodo sibi adiacenti. Que omnia a venerabilibus Episcopis Scilicet a Sancto *Ottone* Et *Eigilberto et Secundo Ottone* et aliis antecessoribus nostris eidem Monasterio donata perspicatibus (sic) relegimus instrvmentis. Illud etiam concedimus, ut omnes nostri tam ministeriales quam alij cuiuscumque nominis ab ecclesia nostra beneficia inpheodo uel subiure hominij habentes potestatem habeant dandi, mancipandi, Cambiendi vel quoquo modo Sepedicto *Monasterio Glenicensi* libere tribuendi possessiones, predia, Mancipia, benefitia, decimas Sev quelibet dona tam jn Siluis quam jn agris, quatenus eis et nobis fiat in celis eternorum retributio. Item conferimus predictis fratribus, vt jn omnibus nostris alpibus et locis sua pecora et greges liberam pascendi habeant potestatem. Volumus etiam et firmiter Statuimus obSeruandum, vt nullus judicum Sive

Digitized by Google

Officialium Ecclesie nostre aliquam potestatiuam Exactionem Sev jurisdictionem jnquibuscumque Memorati Monasterii prediis, possessionibus, hominibvs liceat aliqualiter Exercere. Item omnes possessiones et alia, que *Monasterium Glênicense* a nostra Ecclesia possidet uel inperpetuum habere poterit, Sub defensione principis terre consistant. Ipse vero dictus princeps terre propter deum fideliter defendat et protegat dictum Monasterium sine omni conmodo temporali. Vt autem istud nostre donationis factum robur semper obtineat firmitatis nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem paginam fecimvs conscribi et Sigilli nostri Munimine iussimus insigniri Omnem hominem, qui ipsam violare presumpserit, Excommunicationis uinculo jnnodantes, Si semel aut bis conmonitus emendare noluerit. Testes autem horum sunt, *Pertholdvs Abbas de gersten, Marquardus decanus Ecclesie babenbergensis, Liupoldus Rinsmŵel, Albero Capellanvs, Volradus notarius, Eberhardus Capellanus, Livpoldus medicus, Chĕno dapifer, Heinricus de strithperch Camerarius ipsius Episcopi, Tyrolfus magister coquine, Glismêt, Sifridus, Svnlin venator,* Familia ipsius Episcopi, *Guntherus plebanus in hag, Chunradus valerianvs, Erchenpoldus sacerdos in hag, Otto, Ditricus, Ortolfus fratres de volchenstorf, Pertholdus dapifer de Emberberch, Vlricus de valchenberch, Otto de Ror, Albero de pollenheim, Gvndacherus, Ditmarus fratres de Styre, Vlricus de marbach, Ditmarus miles de hagwalde Cum filiis suis Friderico, Heinrico, Ditmaro, Ottacherus privhauen, Marquardus de Adelwanch, Albero holzman, Heinricus de Tûrsendorf, Heinricus, Otto fratres jn Zĕcha, Otto, Rĕdigerus fratres de chlingelbrvnne, Ditmarus do Schatowe, Otto de alben, Chunradus decimator in hag, Et filius suus Otto,* Et alii quam plures.....

Datum apud Monasterium Sancti Andree Apostoli *jn Glvnick,* Anno dominice InCarnationis Millesimo Dvcentesimo Vicesimo Tertio. Ordinationis nostre anno vicesimo Secvndo, InDictione vndecima, VIII° Kalendas Maj. Eodem etiam die duo altaria consecrauimus In ipsa *Ecclesia Glĕnich*, jn dextra abSide altare Sancti Nicolay, In Sinistra vero abside altare beatissime Marie Magdalene.

Original auf Pergament mit Siegelresten, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 331. — Hormayr, Werke, III. 444.

Digitized by Google

CCCCXLV.

1223. Enns. — *Abbt Pilgrim von Gleink verleihet der Hausfrau des Heinrich, genannt Scheck, und ihren beiden Söhnen Chunrat und Ulrich das Gut auf dem Eigen und eine Wiese an der Erla zu Leibgeding.*

Pilgrimus Dei Gratia Glunicensis Ecclesiæ Abbas notum facimus vniuersitati fidelium, quod nos cum consensu fratrum nostrorum et consilio prudentium virorum concessimus Domine Gertrudi Vxori Henrici Schekhen eiusque duobus filijs Conrado videlicet et Vlrico quandam decimationem prædij, quod uocatur super aigen, et pratum sita prope riuum Erla ad quinque denarios in Altare S. Mariæ annuatim persoluendos Sub tali conditione, ut post mortem ipsorum ad Ecclesiam sine contradictione redeat, ipsa autem decimatio Ecclesiæ diu retenta vsui non fuerat, si non Domino cooperante eam fratrum vsui remancipauimus. quod uero ita (ut?) firmum permaneat, paginam istam inde conscribi et sigillo nostro fecimus roborari fratrum et testium nominibus subnotatis. Nomina fratrum Ekwertus, Alramus, Conradus, Wernherus, Livtoldus, Vlricus, Rudolphus, Arnoldus, Henricus, Rudolphus, Constantinus, Wilboldus. Testes Rupertus Judex, Rudolphus Priuhouen, Walchundus officialis, Hugo der Gerwar, Otacherus filius eius, Dietricus, Chunradus, Durinchus die Grossgullen, Vlricus fuchs, Vlricus de Pache, Henricus de Dirnbach (sic, ternperch?) Henricus de Have, Tymo filius Starchandi, Albero Holzman, Wolffframus, Vlricus, Conradus Khuee, Berthold Schecke, Vlricus der Methe (Metze?), Chunradus Seruus Priuhouen, Marquart de Pache, Chunradus Faber officialis Chunradus de Hoffstetten, Englschalckus et alij quam plures. Factum est Anesij in Domo Gebhardi Twechlarij Rudperto Judice et Rudolpho Priuhouen Tunc aduocato adstantibus Anno Incarnationis Christi Millesimo Ducentesimo Vigesimo Tertio, indictione Christi (sie*) et scripta sunt duo paria, in quorum medio maiores litteræ expressæ inueniuntur.

Aus einem Copialbuche sec. XVII. zu Gleink.

---

*) Wahrscheinlich stand im Originale xi, was der Copist für Christi las.

Digitized by Google

CCCCXLVI.

1224. 29. Februar. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster Lambach das Eigenthum und den Besitz der Zehente von Neugereuten zu Grünach.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Gebehardus* dei gratia *Patauiensis episcopus* In perpetuum. Quia non solum memoria sed et uita hominum breuis esse dinoscitur et ineonstans, pium et salutiferum credimus in domino nobis esse, ut siquam pietatis gratiam ecclesiis seu religiosis personis curauerimus exhibere, hanc et ipsis, ut stabilis permaneat, scripti nostri munimine confirmemus. Quocirca elucesere eupimus presentibus et futuris, quoniam, cum a uenerabilj fratre nostro *Ottone abbate de Lambach* exigeremus priuilegium super decimationibus *noualium in Grvenach*, quas idem abbas ad monasterium suum asseruit pertinere, et ille super hiis non priuilegium sed uiuj testimonij probationem offerret, nos ad recipiendam audiendamque probationem suam huiusmodj diem constituimus, ut expediebat eidem. Ad quem dum esset peruentum, ipse abbas in presentia nostri conparens per testes (fide) dignos idoneosque probauit, quod uidelieet felicis recordationis *Theobaldus pontifex* predecessor noster predietam decimationem ipsorum *noualium in Grvenach*, cum adhue inculta fuerant, pro parte maiori dicto *monasterio Lambach* primo tradidit libere et donauit nulla donatione seu traditione de ipsis decimationibus facta prius ullj ecclesie ulliue persone, presertim cum et ille locus quasi solitudo tune fuerit nec aliquarum terminis ecclesiarum asseriptus, et eas quidem XX. annis uel amplius prefatum monasterium plena pace possedit, donec illarum possessio de uiolentia quorundam fuit ei sublata. Testes quoque, per quos sunt ista probata, omnibus hiis factis presentialiter affuerunt. Nos igitur considerata et intellecta probatione sua tam legitima tam idonea super illis, utpote qui unieuique ecclesie in conservatione iuris suj adesse eupimus, ut tenemur, huiusmodj donationem decimarum in ipsis *noualibus Grvenach* factam tam rationabiliter tamque iuste innouare curamus, easdem decimas memorato *monasterio Lambach* pleno iure donantes et donatas hujus priuilegii pagina sigillj nostri impressione munita potestatiue, ut expedit, confirmantes omneinque anathematizantes hominem, qui hanc donationem nostram seu confirmationem infringere uel ei presumpserit in aliquo contraire. Omnibus igitur ipsam seruantibus sit pax et salus in domino gaudia felicitatis eterne feliciter adepturis.

Digitized by Google

Hujus rej testes sunt *Vlricus Cobertel archidiaconus, Chunradus de sancto Valentino, Albertus de Possemvnster, Siboto canonicj Patauiensis, Vlricus scobrius canonicus Frisingensis, heinricus plebanus de Taufchirchen, Otto sacerdos de sancta Maria, Hademarus pincerna de Wesen, Pilgrimus dapifer de Tunneberc, Livtoldus de Sauerstetin, heinricus de Merswanch, Albertus de Pernsteine, Chunradus spisære et sororius eius Chunradus, Fridericus de Rœnna, Eberhardus de Vfhoven, hezelo de Rivte, Vlricus de Pehele, Meinhardus de Alhartingen et filius suus heinricus, Wernhardus de Prambach, Wernhardus de hage* et alij quam plures. Actum *Patauie* in Stupa nostra II. Kalendas Martij. Anno dominj M°CC°XX°IIII°, Indictione XII°, Pontificatus nostri anno II°

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLVII.

1224. 10. Mai. Gleink. — *Revers des Abbtes Pilgrim zu Gleink wegen eines Mansen im Dorfe Guthsarn, worüber früher zwischen dem Kloster und Hiltegim, des Herzogs Leopold Küchenmeister, ein Streit bestand.*

† In Nomine Sanctæ et Indiuiduæ Trinitatis Amen. Pilgrimus Dei Gratia Abbas in Gluniche Cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Notum facimus uobis, qualiter decisa est lis, quæ fuit inter nos et inter Hiltegimum Magistrum coquinæ Ducis in Enstal pro quodam Mansu sito in uilla Guthsarn, sic autem ex consilio Domini ducis Liupoldi ipsa lis terminata est in gainharn, quando Nos cum communi consilio omnium Fratrum nostrorum eundem Mansum concessimus Hiltegimo de steinæ prædicti Hiltegimi Filio scilicet et posteritati suæ ad censum uiginti denariorum Frisensium (sic) in die Sancti Georgij annuatim persoluendorum sub tali conditione, ut, dum inter Pentechosten præfixamque diem non dantur, totidem denarij superaddantur et Abbas Jus concedendi habeat, dum hæredes defecerunt, ad Ecclesiam redeat. Et ne factum istud a successoribus nostris aut ab aliquo infringatur, præsentem paginam inde conscriptam sigillo communiuimus nominibus Fratrum nostrorum, qvi consenserunt, nominibus testium, qvi interfuerant, subnotatis. Nomina Fratrum: Ekebertus, Alramus, chunradus scholasticus, Wernherus custos, liutoldus, Vlricus, Rudolfus, Henricus, Arnoldus, Henricus, liutoldus, Constantinus, Rudolfus, Wilboldus. Nomina testium: Dominus Dux Liupoldus, perhtoldus dapifer de enberberch, Albero Pincerna de grimmenstein, Henricus

Digitized by Google

Camerarius de Tribanswinchel, liutoldus de affnanch, liutoldus de Parawe, Alramus phiecholb, Ernestus de Aspach, HartWicus de Apteie, Ortolfus de Egendorf, Hobato (sic) et cholo et alij, Wolfram de puhlarn, Wernherus de Tiuel, Chunradus Crempel, Richerus de Vorcha, chuno seruus eius, Liutoldus de raensherch (?), Harting de polenpach, Henricus de talffeimen (talheimen?), Kunradus de Kirchdorf, Chunradus Wegscheide. Actum est in gleinch sexto Idus Maij, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Ducentesimo septuagesimo (durchstrichen und darüber geschrieben quadragesimo) Quarto, indictione Duodecima, Austriæ et Styriæ secundo Liupoldo præsidente scriptumque est in duo Paria ac alfabetum in medio maioribus litteris descriptum.

Aus einem Copialbuche sec. XVII. zu Gleink. Die Urkunde ist sehr schlecht copirt. Auch das Jahr 1244 kann nicht gelten, Indiction, des Herzogs Regierungszeit und die mit der Urkunde Actum Ens 1223 gleichlautenden Namen der Conventualen weisen auf das Jahr 1224.

CCCCXLVIII.

1224. 14. Juni. Krems. — *Gütertausch zwischen Herzog Leopold VII. von Österreich und dem Kloster Gleink, wodurch dieses statt seiner Besitzungen in der Riedmark und vor dem Böhmerwalde andere in Unterösterreich erhält.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen *Leupoldus* dei gratia *dux austrie et stirie* omnibus christi fidelibus inperpetuum. Liquet nos a deo creatore temporali dignitate prelatos ad hoc, ut promotionibus sacrarum ecclesiarum satagamus nos exhibere paratos ad ipsius honorem, per quem reges regnant et principes dominantur. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus hanc litteram inspecturis, quod dilectus et familiaris noster *Pilgrimus abbas Glvnicensis cenobii* et conuentus loci eiusdem beniuolo et conmuni consensu nobis predia sua cambiuerunt omnia uidelicet ante *Boemicum nemus* et in *Riedmarch* in diuersis locis posita magis nobis quam ipsis profutura, ipsum etiam nemus usque ad terminos *Boemie* cum omni prorsus utilitate, que ibi nunc est aut ibidem fieri poterit. Nos autem uersa uice in cambio dedimus dictis fratribus et *ecclesie Glvnicensi predia* nostra in *Austria* sita apud *Mvzlik* loco, qui dicitur *Rvttaren* et *Sewaren* et item *Rvttaren* cum omni utilitate et iure instituendi et destituendi taliter, ut ipsa predia prorsus sint libera ab omni oppressione uel exactione iudicum sev aduocatorum et iudicia quarumlibet

Digitized by Google

causarum, que ibi emerserint, in abbatis manu terminanda consistant hoc excepto, si fur vel aliquis reus sanquinis ibidem deprehensus fuerit, cingulotenus tradatur iudici rebus omnibus eiusdem malefactoris integraliter remanentibus ecclesie memorate. Coloni quoque eorundem prediorum tam in nemoribus quam in prediis omnino idem ius habeant, sicut sub nostro dominio habuerunt. Statuimus etiam firmiter, ut nulli successorum nostrorum liceat aduocatiam eorundem prediorum alicui infeudare sed principes terre tantummodo ea absque omni utilitate sed pro mercede perpetua semper protegat et defendat (sic). Preterea supperaddimus dictis fratribus in cambio, ut de uictualibus eorum nec uectigal nec theloneum aut tributum nec aliqua exactionis species per aquam descendentibus aut ascendentibus aliquatenus requiratur. Hec autem facta sunt presente et consentiente domino nostro *Ekeberto Babinbergensi episcopo*, ad quem ius fundi in prefato cenobio dinoscitur pertinere. Preterea eidem ecclesie respectu eternorum aliam gratiam indulsimus et *siluam* nostram cytra *anesum* et *Styre* ubique ac utrimque (?) ad usus tantum necessarios et proprios licenciauimus sub conditione specialiter sic excepta scilicet, ut nullatenus aliquid ex ea uendant uel alienis tribuatur Sed quibuscunque domi egeant, id est ad edificia, ad uineas uel ligna, ad ignes sev ad quaslibet iustas et necessarias proprietates. Hec omnia sub nostra licencia et pace ubique in silua nostra sine omni censu et precio uel tributo fideliter accipiatur. Quam clementie nostre largam licentiam eis antea dudum dederamus. Sed *nunc in publico et tam famoso ministerialium conuentu* denuo renouauimus et confirmauimus. Et ut factum huiusmodi robur semper optineat firmitatis, ne ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem Kartam conscribi fecimus et sigilli (sic) nostro roborari. Testes *Heinricus filius ducis Leupoldi, Chunradus comes de Hardeke, Otto de Lengebach ratisponensis ecclesie aduocatus, Heinricus et Wernhardus fratres de Schoumberch, Vlricus de Beka, Vlricus de Valchiberch, Hademarus* et *Heinricus fratres de Chunringen, Vlricus marschalcus de Valchenstein, Rudolfus de Potendorf, Heinricus de Zebingen, Hademarus de Sunnenberch, Kadoldus de Veldisperch dapifer, Hademarus de Ernestprunne, Otto de Perhtoldistorf, Yrenfridus* et *Vlricus fratres de Hymperch, Leupoldus pyncerna de Molanstorf, Heinricus camerarius de Tribanswinchil, Chunradus dapifer de Arberch, Wikardus de Arenstein, Hermannus de Chranechperch,*

Digitized by Google

Albero pyncerna de Grimmenstein, Perhtoldus dapifer de Emberberch, Otto de Ror, Albero de Pollenheim, Vlricus de Marbach, Heinricus filius Ottonis de Traberch, Gundakarus filius Duringi de Styra, Gundakarus filius Gundakari de Styra, Gotfridus de Offenberch, Chunradus de Hohenuelsse, Eberhardus nobilis de Slezilberch, Chuno dapifer Babinbergensis episcopi, Heinricus camerarius de Stritperch, Tyrolfus magister coquine Babinbergensis episcopi, *Otakarus Prirhauen, Rudolfus forstmagister de Styra, Duringnus* (sic) *de Schachen, Dietricus de Sperchsteten, Heinricus de Wasen, Dietmarus de Schatowe, Syfridus de Nezilbach, Otto de Alben, Marquardus de Adilwanch, Otakarus de Slierbach, Vlricus de Zyerberch, Wernhardus de Wizzenberch, Vlricus de Grunenburch* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Crems* in ecclesia sancti Viti XVIII. kalendas Julii, Anno incarnationis dominice M°CC°XX°IIII° Indictione XII. per manum *Leupoldi Notarii* nostri felycyter amenN.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink.

CCCCXLIX.

1224. 14. Juni. Krems. — *Tauschvertrag des Herzogs Leopold von Österreich mit dem Kloster Gleink um dessen Güter vor dem Böhmerwalde und in der Riedmarch, und anderer im Ensthale, gegen Güter des Herzogs in Österreich bei Muzlich in den Ortschaften Reutern und Sebarn.*

†. Innomine sancte*) indiuidue trinitatis. Amen. *Liepoldus* secundvs dei gratia *dux Austrie* et *Stirie* omnibus christi fidelibus imperpetuum. Liquet nos a deo creatore temporali dignitate prelatos ad hoc, ut promotionibus sacrarum ecclesiarum satagamus nos exhibere paratos ad ipsius honorem, per quem reges regnant et principes dominantur. Hinc est, quod notum esse nolumus omnibus hanc litteram inspecturis, quod familiaris noster *Pilgrimus abbas glvnicensis cenobij* et conuentus loci eiusdem beneuolo et conmuni consensu nobis predia sua cambiuerunt, omnia uidelicet ante *Boemicum nemus* et in *Riedmarch* in diversis locis posita magis nobis, quam ipsis profutura. Ipsum etiam nemus usque ad terminos *Boemie* cum omni prorsus utilitate, que ibi nunc est aut ibidem fieri poterit et alia predia *in Enstal* apud *uillam Rêprehtingen* in monte sita nobis similiter

*) Hier fehlt „et".

Digitized by Google

cambiuerunt. Nos avtem uersa uice in concambjo dedimus dictis fratribus et *ecclesie glvnicensi* predia nostra in *Austria* sita apud *Mẽzliche* loco, qui dicitvr *Rẽtarn* et *Sewarn* et item *Rẽtarn* cum omni utilitate et iure instituendi ac destituendi taliter, ut ipsa predia prorsus sint libera ab omni oppressione vel exactione iudicum sev aduocatorvm et iudicia quarunlibet causarum, que ibi emerserint, in abbatis manu terminanda consistant, hoc excepto, si fur vel aliquis reus sanguinis ibidem deprehensus fuerit, cingulotenus tradatur iudici, rebus eiusdem integraliter remanentibus ecclesie memorate. Coloni quoque eorundem prediorum tam in Nemoribus, quam in aruis omnino idem ius habeant, sicut sub nostro dominio habuerunt. Statuimus etiam firmiter, ut nulli successorum nostrorum liceat aduocatiam eorundem prediorum alicui infevdare, sed princeps terre tantummodo ea absque utilitate pro mercede celesti defendat. Preterea superaddimus dictis fratribus in cambjo, ut de uictualibvs eorum per aquam ascendentibus, scilicet de XV. carradis uini et frumenti XXX. modiis maioris metrete uectigal aut exactionis ulla species in perpetuum non requiratur. Hec avtem facta sunt presente et consentiente domino nostro *Ekeberto babenbergensi episcopo*, ad quem ius fundi in prefato cenobio dinoscitur pertinere, sicut per ipsius patet sigillum, quod huic pagine est appensvm. Et ut factum huiusmodi robur semper optineat firmitatis nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem cartam conscribi fecimus et domini nostri *E. babenbergensis episcopi* et *nostro* ac *fratrum* sigillis ipsam uolumus roborari. Testes. *Heinricvs filivs ipsivs ducis. Chůnradvs comes de hardekke, Otto ratisponensis ecclesie aduocatus, Heinricus et Wernhardvs de schonberch, Vlricus de peka, V̊lricus de valchenberch, Hadmarus, Heinricus fratres de Kvnringe, V̊lricus marsalcus de valchenstein, Rẽdolf de potendorf, Heinricus de zebinge, Hadmarus de sunneberch, chadoldus dapifer de veltsperch, Hadmarus de ernsprvnne, Irnfridus et v̊lricus fratres de hinperch, Livpoldus pincerna de Molanstorf, Heinricus camerarius de tribanswinchel, Chůnradus dapifer de arberch, Otto de perhtolstorf, Albero pincerna de grimenstein, Perhtoldus dapifer de emberberch, Hermmanus de chranchperch, Otto de rôr, Albero de pollenheimen, V̊lricus de mârbach, Gundacher filius duringni, Gundacher filius gundakari de Stire, Otakerus, Rudolf fratres prvhavenen, Durinch de shachen, Heinricus de wasen, Dietricus de sperchsteten, Dietmarus de*

Digitized by Google

shatâwe, Sivridus de nezilpach, Marquardus de adilwanch, Otaker de slirbach, Vlricus de Zirberch et alii. . . . .

Acta sunt hec in *Chremse* in ecclesia S. Uiti, Octauo decimo Kalendas Jvlij, Anno incarnationis dominice M. CC. XX. IIII. Indictione XII^a^ feliciter. Amen.

Original auf Pergament, im Archive zu Gleink. Von den an dieser Urkunde befindlich gewesenen drei Siegeln ist das zweite (das des Klosters Gleink) verloren gegangen, und die beiden übrig gebliebenen, nämlich das des Bischofs Ekbert von Bamberg und des Herzogs Leopold, sind beschädigt. — Kurz, Beiträge, III. 335.

CCCCL.

1224. 1. August. Passau. — *Conrad, Graf von Wasserburg, gelobt eidlich, vom Schlosse Viechtenstein aus die auf der Donau Reisenden nicht ferner beschweren zu wollen.*

In nomine domini Ego *Chunradus Comes de Wazzerburch* confiteor me per fidem datam in manus dominorum meorum uenerabilium *Eberhardi Salzburgensis archiepiscopi, Ekkeberti Babenbergensis* et *Gebhardi Patauiensis episcoporum* et *Livpoldi illustris Ducis Austrie et Stirie* atque per iuramentum prestitum confirmasse, ut de *Castro meo Viehtenstein* atque per memetipsum, per ministeriales, castellanos et homines meos in aqua scilicet in *danubio* uiator aliquis siue nauta siue nauis aliqua per predam siue per aliam qualemcunque causam iniuste nunquam de cetero molestetur. Et quidem ad hoc iuramentum inuiolabiliter obseruandum castrum meum prefatum vihtenstein cum omnibus, que infra fluuium, qui dicitur *Salzzah*, habere dinoscor, dominis meis G. uenerabili Patauiensi episcopo et L. illustri Duci Austrie et Stirie pro Mille marcis tytulo pignoris obligaui, uidelicet sub hac lege, quod ministeriales et castellani mei iam fideliter iurauerunt, ut, si contra prefatum iuramentum meum in ipsa aqua uel in eius uia forte aliquis fuerit per predam offensus et hoc debite ego non emendauero infra IIII. septimanas, cum hoc michi uel per predicti domini mei episcopi uel domini mei Ducis litteras seu nuntios fuerit intimatum, ipsi ministeriales et castellani mei idem abinde ad sex ebdomadas castrum in potestatem eorundem dominorum meorum scilicet episcopi et Ducis omni occasione remota sub forma obligationis predicte assignabunt, quod castrum et ipsi tunc cum omnibus, que predixi, tytulo pignoris pro mille marcis libere debent possidere. Sed et hanc obligationem si a festo beati Martini proximo infra anni

Digitized by Google

spacium per manum et consensum uxoris mee necnon et per consensum uel litteras *Rapotonis Palatini et fratris sui Comitis Heinrici de Ortenberch et Gerhardi Comitis de Hirzperch* non confirmauero, idem castrum cum prefatis bonis omnibus prefatorum dominorum meorum, scilicet episcopi et Ducis pro mille marcis cessante contradictione qualibet pignus erit. Ad maiorem quoque cautelam dominorum meorum principum, qui huic rei interfuerunt, Sigillorum et mei similiter impressione sigilli feci et optinui consignari. acta sunt hec *Patauie* in Kalendis augusti anno domini M. CC. XX. IIII. Indictione XII. Presentibus dominis meis *Eberhardo Salzburgensi Archiepiscopo, Ekeberto Babinbergensi episcopo, Rapotone palatino Bawarie, Alberto Comite de Bogen, Chunrado de Plaien, Perngero Comite de Lewenberch, Heinrico et Wernhardo nobilibus de Scovnberch, Werngando de Rumtinge, Hademaro et Heinrico de Chunringen, Rudolfo de Putendorf, Vlrico Strevnone, Wergando, Hermanno de Chranhperch, Ottone de Berhtoldestorf, Hademaro de Wesin, Livtoldo de Sauerstetin, Ottone de Morspach, Ottone de Johanstorf, Heinrico de Merswanch, Heinrico de Torringen, Wernhardo de Sigenheim, Wernhero de Anzenchirchen, Chunrado de Steinenchirchen* et aliis pluribus. Hii subscripti pro me Comite iurauerunt: *Heinricus de Waldeke, Albertus de Grantperge, Heinricus de Grauendorf, Sifridus de Hademarsah, Otto de Chlafpach, Dietherus officialis.*

Mon. boic. XXVIII. II. 305. — Hormayr, Archiv, 1828, 143.

CCCCLI.

1224. — ***Das Stift Kl. Neuburg gestattet dem Stifte St. Florian, einen Acker zu Widnich in einen Weingarten umzuwandeln mit Vorbehalt des Zehents.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis omnibus in perpetuum amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Waltherus Niumburgensis prepositus* cum consensu *Heinrici decani* et tocius Capituli domino *Pernhardo preposito domus sancti Floriani* et suo conuentui contuli *agrum in Widnich* continentem in quantitate mensuram unius iugeris et medii, ut exstirpatis fruticibus ipsum excolat et insertis uitibus uineam enutriat subhac pensione, ut singulis annis pro iure montis in festo beati Michahelis VI persoluat solidos et semel in anno intersit placito, quod pro iure montis habetur, et

Digitized by Google

inmunis non erit in decima debite persoluenda. Id igitur factum nostrum, ut indissolubile permaneat sigilli nostri caractere roboramus.

Huius nostri decreti sunt testes sacerdotes *Wisento, Livtwinus, Waltherus, Heinricus, Heinricus, Engelbertus, Prunricus, Eberhardus, Albero, Cẽnradus goltstœin, Cẽnradus, Heinricus de Radeu, Herbordus, Marquardus, Heimo, Cẽnradus, Heinricus, Albertus. Diacones V̊lricus, Rubertus, Heinricus, Diepoldus, Cẽnradus, Arnoldus, Otto, Livpoldus, V̊lricus, Wernherus* et alii plures. Acta svnt hec Anno incarnacionis domini M°CC°XXIIII° Indictione XII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLII.

1225. 5. Mai. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster St. Nicolaus bei Passau und Siboto und Ortolf von Chuchendorf wegen des Gutes Winkel in der Pfarre Grieskirchen.*

†. *Gebhardus* dei gratia *patauiensis* Episcopus vniuersis christi fidelibus hanc Cartam inspecturis Salutem in domino. Sciant cuncti fideles in domino tam presentes quam futuri, quod controuersia inter dilectos nobis fratres *V̊lricum* prepositum et conventum *sancti Nycolai patauie* ab vna parte et *Sibotonem* militem et filium eius *Ortholfum de Chuchendorf* ab altera parte super quodam predio in parrochia *Grizchirchen* in loco, qui dicitur *Winchil*, posito diu habita ita demum coram nobis et choro nostro de consensu parcium decisa fuit, quod dictus Siboto idem predium, cum sit proprietas ecclesie sancti Nycolai, a manu ipsius prepositi accepit tantum ad uite sue tempora possidendum sic utique, ut dimidium talentum monete in eadem prouincia tunc datiue annuatim soluat conuentui sancti Nycolai in festo sancti Andree, renunciante quoque penitus ibidem filio suo predicto Ortholfo in manum prepositi coram nobis actioni et litigio, quo licet iniuste pro eodem predio ecclesiam apud S. Nycolaum tunc et in futuro uoluit aggrauare. Adiunctum etiam fuit in eadem conpositione, quod ante dictus miles Siboto ad melioracionem talis predii tam in edificiis quam cultura omnimode intenderet et ad placitum prepositi uenire non omitteret tempore presignato. Vt autem talis contractus ratus tantum ad dies memorati Sibotonis permaneat, cum ipsum predium sine alicuius contradictione post mortem suam libere ad ecclesiam sancti Nycolai cum omni vtilitate redire debeat, duo paria literarum

Digitized by Google

inde conscribi et nostro Sanctique Nycolai sigillo fecimus conmuniri vno ipsorum Sibotoni assignato, reliquo ad sanctum Nycolaum in facti memoriam reseruato. Actum hoc est in maiori ecclesia *Patauie* in vigilia sancti Johannis apostoli ante portam latinam anno ab incarnatione domini M.CC.XXV. Indictione XIII. Testes autem huius facti sunt: De choro *Chvnradus decanus*, *Chunradus Thvmpharrer*, *Eberhardus oblagarius*, *Albertus de Chnollo* (?), *Heinricus et Herbordus fratres sartores*, *Rêdolfus*, *Heinricus sartor*, *Albertus probstil.* De sancto Nycolao *Heinricus miles*, *Waltherus*, *Sifridus*, *Richardus*, *Vlricus hovinger*, *Magister Einwicus*, *Reinbertus canonicus Ardacher*, *Otto plebanus de Otartschirchen*, *Ortholfus de hvcingen* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichs-Archive zu München. — Mon. boic. IV. pag. 332.

CCCCLIII.

1225. 16. Juni. Straubing. — *Ludwig, Herzog von Baiern, bewilligt, dass seine Vasallen ihre Lehengüter dem Spitale am Pährn vermachen dürfen.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Lodewicus dei gratia Palatinus comes Reni et dux Bawarie* cunctis Christi fidelibus imperpetuum. Constat liquido ex sacre scripture preconio, quod altissimus in regno hominum dominatur et, quemcumque uoluerit, super illud constituet, digne ac fideliter administrantem ad celum saluandum sustollet, sinistre autem agentem ignibus inferni cruciandum uoluet. Hinc nos accusante conscientia anxiatj medullitus tabescimus, quia contra tantam potestatem nos in multis reos cognoscimus, sed de eius incomprehensibili misericordia confisi spem gratie eius prestolamur, vnde notum esse uolumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam et presentibus, quod nos respectu diuine miserationis et sancte dej genitricis Marie pro remedio animarum patris nostri *Ottonis* atque dilecte matris nostre *Agnetis*, tum etiam ideo, quia tanta est prerogatiua ac excellentia bawarice dignitatis, cui clementia dei presidemus, ut res atque possessiones suas, cui et ubj uoluerit, potestatiue distribuat, exiguum fructicem pietatis fecimus in nouum hospitale sancte Marie, quod situm est in pede montis cognominatj *pirn* positi in ualle dicta *Windiskegaersten*, que interiacet asperrimis montanis ultimis Noricorum partibus conterminis et ex iure fundi *babenbergensi* ecclesie subiectum comprobatur. Et fecimus non

Digitized by Google

precipiti animo sed sedula admonitione domini nostri *Eberhardi Salzpurgensis archiepiscopi* cum beneuolentia et consensu optimatvm bawarie, qui nobiscum de pace prouincje tractantes in *Strůbinge* aderant et licitum ac bene esse meritorium censebant possessiones regni illis ecclesiis licite conferri, que ad babenbergensem ecclesiam spectare uidentur, quia et ipsa per regnum fundata eidem fideliter obsequi dinoscitur. cepta itaque prosequentes uobis in domino notificamus, quod nos cum consensu omnivm optimatum atque sub deuota adtestatione totius curie regni bawarie pium assensum nostrum et licentiam atque potestatem dedimus omnibus ministerialibus nostris atque alijs beneficia a nobis in feodo habentibus, predia ac beneficia atque possessiones suas cum omnibus fructuariis cultis, incultis, quesitis et inquirendis prefato hospitali libere conferre eandemque ecclesiam pauperum sedulam altricem ac ministram, prout uoluerint, prediis et rebus suis ditare, quatinus eis et nobis in districto Christi iudicio eternorum fiat retributio fidelis presbiter *Perhtoldus* eiusdem hospitalis prouisor ad optimates et maiores accedendo seduloque interpellando instantia deuoti laboris istud impetrauit. Et ne tale factum donationis nostre a successoribus nostris possit uiolari, paginam istam fecimus inde conscribi et sigillo nostro communiri testibus subnotatis: *Dominus archiepiscopus Eberhardus, dilectus filius noster Otto, Rapoto palatinus comes, Heinricus comes frater eius, Chůnradus sororius noster comes de wazerburch, Heinricus de lapide, Heinricus de randeke, Chalhoh comes de Kirchperch, Hoholdus de Wolndsa, Altmannus de abensperch, Livtoldus pincerna de awe, Ekebertus dapifer de ekemêle, Chunradus de Paierbrunne, Chunradus marsalcus de altorf, V̊lricus der chopf, Alhardus de prisinge, Hermannus marsalcus de tosnaph, V̊lricus, Heinricus, Otto, fridericus de hôenheimen, Heinricus dapifer de celle, Heinricus magister coquine de pêrnblah, Poppo de gettolfinge, Vlricus filius eius* et alii multi liberi cum ministerialibus. Data in *Strêbinge*, ubi nos fauorabilem curiam rationabiliter indictam sollempniter celebrauimus XVI. Kalendas Julii, anno ducatus nostri xxx.viij. acta sunt hec anno dominice incarnationis m.cc.xx.v. jndictione xiij. Romanis imperante *friderico* II° jn alamannia principante filio eius *Heinrico*, Regnante domino nostro iesu christo in eternum feliciter amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 446.

Digitized by Google

CCCCLIV.

1225. Im August. Alife. — *Kaiser Friedrich II. gestattet dem Bischofe Eckbert von Bamberg, zu Frankenburg und Villach vierzehntägige Jahrmärkte zu errichten.*

Fridericus dei gratia Romanorum *Imperator* semper Avgustus et Rex Sycilie. Per presens scriptum notum fieri volumus vniversis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ad supplicationem *Ekkeberti* venerabilis *Babènbergensis Episcopi* dilecti principis nostri concessimus ei et eius successoribus in perpetuum facere fieri Nundinas In villa sua *Frankenmarket* et apud *villacum*, videlicet ut Nundine, que apud Frankenmark de concessione nostra statuta sunt, fient singulis annis Mense Septembri In festo beati Mychahelis quatuordecim diebus ante et diebus totidem post festum eiusdem, Nundine uero statute apud villacam (Villacum) fient (fiant) annuatim Mense Junii, festo scilicet beati Jacobi quatuordecim diebus ante et post festum eiusdem diebus totidem conseruande. Qvare vniuersitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus nullus Princeps, Dvx, Marchio, Comes, Scultetus vel ministerialis, alta vel humilisve (sic) persona, ecclesiastica vel mundana contra presentis concessionis nostre paginam temere venire presumat, Quod qui presumpserit, indignationem nostram se nouerit incursurum. Ad huius itaque concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri jvssimus Sigillo Maiestatis nostre munitum.

Datum apud *Alisiam* Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo vicesimo quinto Mense Avgusti terciedecime Indictionis Imperante domino nostro Friderico dei gratia Illustrissimo Romanorum Imperatore semper Avgusto et Rege Sycilie, Imperii eius Anno V^to^, Regni uero Sicilie vicesimo octavo feliciter. Amen.

Mon. boic. XXXI. I. 523.

CCCCLV.

1226. 15. Mai. Lateran. — *Papst Honorius III. nimmt das Kloster Reichersberg und dessen Besitzungen, insbesondere die Kirche Münsteur in seinen Schutz.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis preposito et Capitulo *Richersberge* Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et

Digitized by Google

uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresenciarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesiam *Monesture* uobis a bone memorie C. *Patauiensi* episcopo de Capituli sui assensu pia et prouida liberalitate concessam, sicut eam iuste, canonice et pacifice possidetis, uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Paulj apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum *Laterani* Idibus Maij, Pontificatus nostri anno decimo.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCLVI.

1226 († 1225). 30. December. Salzburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, erklärt, dass, nachdem es bei seinem Erzstifte von Aufstellung eines Vogtes abgekommen, die Erzbischöfe selbst das Kloster Reichersberg schützen werden.*

†. In nomine sancte et individue trinitatis Eberhardus dei gratia salzburgensis archiepiscopus apostolice sedis legatus †. Omnibus presentem paginam inspecturis salutem et orationes in domino. Cum olim nobilis uir Wernherus de Richersberge in eodem loco in honore beati Michaelis fundauerit Monasterium conuentum ibidem canonicorum Regularium ordinando, proprietatem eiusdem fundi ecclesie Salzburgensi contulit sub hoc modo, ut eiusdem Metropolis principalis aduocatus prenominati Monasterij defensor esset non expectato pro defensione aliquo conmodo temporali et inhibito ei et precluso, ne eandem aduocatiam posset alij infeudare, quemadmodum nobis constitit ex donationis autenticis instrumentis que postmodum per priuilegia felicis recordationis antecessorum nostrorum *Chůnradi, Eberhardi, Alberti* archiepiscoporum Salzburgensium confirmata fuerunt, quemadmodum in illorum scripturis autenticis reperitur. Uerum quia

Digitized by Google

Salzburgensis ecclesia nostris temporibus habere desiit aduocatum et ita per consequens prenominati Monasterij aduocatia et defensio ad nos inmediate dinoscitur pertinere, de consensu capituli nostri statuimus et etiam diffinimus, ut de cetero successores nostri, qui pro tempore fuerint, sint predicti Monasterii sine omni molestia et grauamine perpetuj et continui aduocati et ne aliis eandem aduocatiam seu in principali loco seu etiam in prediis paruis uel magnis eidem loco attinentibus aliquo alienationis tytulo debeant uel ualeant assignare etiam si ipsi successores nostri, quod non credimus, principalem ut quondam in suis reditibus habere uoluerint aduocatum. Ut autem hec nostre institutionis diffinitio nulla impietatis machinatione in posterum uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc presentem paginam nostri sigilli impressione roboramus. Huius Rei testes sunt: *Albertus prepositus, Cẽno decanus, Hoholdus custos, Ertfridus scolasticus, Albinus, Pertholdus, Heinricus, Pernhardus plebanus, Wernhardus, Sygardus, Ditmarus, Ulricus, Chũnradus Salzburgensis, Heinricus prepositus perthersgademensis, V̊lricus prepositus sancti Nycolai pataviensis, Engelbertus werndensis prepositus, Wernherus prepositus de solio, Heinricus plebanus de hydinich, Wezelo plebanus de Ottingen, Heinricus de Kessendorf* et alii quam plures de clero; *Gerhohus de Mattse, Chũnradus de chalheim, Eckardus de Tanne, Heinricus et Chũnradus de Trutlinchingen, Heinricus de Brũnning, Heinricus de Nẽnkyrchen, Rũdegerus de Perchœim Ministeriales Salzburgenses* et alii quam plures.

Data apud *Salzburch* III° Kalendas Januarij Anno domini M^{o}CC^{o}XX°VI° Indictione XIIII^{a} Pontificatus nostri Anno xx.^{mo} vi.^{to}

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 430.

CCCCLVII.

1226. Passau. — *Conrad, Graf von Wasserburg, beurkundet, dass er das Schloss Viechtenstein und alles sein Eigenthum zwischen der Salzach und Enns, und von der Isar bis zum Böhmerwalde dem Bisthume Passau abgetreten habe.*

In nomine domini Amen. *Chunradus dei gratia Comes de wazeburch* omnibus in perpetuum. Quomodo generatio preterit et generatio aduenit, consuetum expediens est et utile, ut ea, que sunt digna posterorum memorie commendari, in euidens sui roboris argumentum

Digitized by Google

scripturarum debeant testimonio confirmari. Hinc est, quod ad cunctorum tam futurorum quam presentium noticiam cupio peruenire, quod, cum ego Chunradus comes de wazzerburch temporibus domini *vlrici* pie recordationis *Patauiensis quondam episcopi* essem cruce signatus uxore legitima adhuc carens castrum meum *vihtenstein* cum omnibus proprietatibus ipsi castro attinentibus et subscriptis possessionibus eidem episcopo domino Vlrico uidelicet nomine Patauiensis ecclesie contuli et donaui et hoc confiteor. Postmodum uero processu temporis uxorem legittimam cum duxissem *Chvnegundem* nomine, idem castrvm vihtenstein etiam huic donaui, siquidem tamen robur ea donatio habere poterat iam secunda, presertim cum prioris donationis priuilegium isti contradiceret et obstaret, Deinde domino *Gebhardo Pataviensi Episcopo* existente et cruce signatorum passagio generali iam instante cum ex querimonia ipsius domini Gebhardi patauiensis episcopi pro dampnis suis et suorum antecessorum temporibus ecclesie sue illatis excommunicatus essem quampluries et proscriptus, tandem diuina instigante gratia ad proprium corcreuersus, ne eius, cuius signum dudum gestaueram minus dignus, pro tantis iniuriis dicte ecclesie irrogatis tremende ultionis super me gladium exspectarem, tam pro necessitate crucis quam etiam pro ipsius crucifixi reuerentia et amore, ad cuius me obsequium tunc accinxi, et ad resarciendum dicte ecclesie omnia sua dampna, grauamina, iniurias et offensas per me illatas dictum castrum vihtenstein cum omni meo patrimonio et proprietatibus eidem castro attinentibus et preterea omnia, quecunque habui a terminis illis ripe, que *Salza* dicitur, usque *anasum* et ab eo fluuio, qui vulgariter *Iser* dicitur, usque ad *nemus poemorum*, siue ea feodali tytulo a me quis possederit seu quocunque alio modo mea fuisse proprietas dinoscantur, ipsi Patauiensi ecclesie ita, ut hec omnia eius sint proprietas, per manum meam et uxoris mee pariter Chunegundis ea omni iuri, quod in eisdem bonis habuit aut habere uidebatur, libere ac uoluntarie renuntiante tam et ego quam et ipsa dedimus et contulimus possidenda in perpetuum pleno iure, maxime cum et ratione iuris cruce signatorum, quod tam domini pape quam et ipsius imperatoris auctoritas pro necessitate terre sancte omnibus cruce signatis concessit, hoc tempore donationem huiusmodi facere potuerim et de iure, quam etiam tam coram domino papa quam et imperatore iam predictis ipsi episcopo et sue ecclesie promisi et teneor confirmare. Facta est autem hec mea donatio tali lege, quod ego

Digitized by Google

Comes turrim in predicto castro vihtenstein cum duabus areis eidem turri adiacentibus, *Ortolfi* uidelicet *de Nodernbach* et *alberti Grantperger* cognomine cum quatuor hubis et omnibus eisdem areis attinentibus, que vulgo Bvrchhvotte dicuntur, in signum et euidens argumentum proprietatibus et gwerandie domino Gebhardo episcopo et Patauiensi ecclesie tradidi perpetuo possidenda Eo quoque promisso taliter et statuto, quod castellani eiusdem castri tam domino episcopo, quicunque tunc pro tempore fuerit, quam et mihi idem castrum iurabunt se debere fideliter obseruare, vigiles quoque et portenarii tam ab ipsius Episcopi sumptibus quam et a meis debent communiter procurari, qui et sibi et mihi de fideli eiusdem castri custodia iuramentum prestare tenentur. Reliquam uero partem castri sepius iam predicti preter turrim videlicet et prefatas duas areas cum omnibus prememoratis proprietatibus et possessionibus infra dictos terminos constitutis a domino Gebhardo episcopo recepi titulo feodi sub hoc pacto, quod, si diuina gratia me heredes concesserit habiturum, siue masculini siue siue (sic) feminini sint sexus, ipsi mei heredes idem etiam feodum ab eo, quicunque tunc patauiensis episcopus pro tempore fuerit, recipere debeant possidendum. Quibus meis heredibus, si me forsitan decedente prenominata mea legittima absque marito uoluerit pacifice commorari, prefatum feodum non ratione feodalis tytuli sed heredum meorum gratia ad uite eius tempora cum ipsis pariter possidebit. Si autem marito nubere forsan uoluerit, trecentas Marcas Patauiensis ecclesia sibi soluet, post quarum persolutionem ipsa predictis omnibus possessionibus renuntiare et ab eis penitus recedere ex tunc debet. Si uero, quod absit, me absque heredibus decedere contigerit, prefate mee legittime trecente tamen marce a patauiensi ecclesia persoluentur, que eadem portione recepta nichil prorsus iuris in omnibus sepedictis possessionibus hiis habebit Illo etiam promisso districtius et laudato, quod si ego et mei heredes castrum aut predictas possessiones, quas a patauiensi ecclesia me confiteor feodali tytulo possidere, aliqua arte turbauerimus dando, obligando aut infeodando uel alias quocunque alienationis genere a patauiensi ecclesia alienando omne idem feodum ipsi ecclesie uacare certissime ex tunc debet. preterea de his bonis quecunque infra supradictos terminos habeo obligata, taliter est laudatum, quod dominus patauiensis episcopus ea, quandocunque uoluerit, redimere debeat. ita tamen, ut et mihi eadem reddantur pro pensione debita, cum

Digitized by Google

uoluero, redimenda. Item de castellanis, quicunque in predicto castro residentes fuerint, est statutum, quod per terram siue per aquam uenientes aut recedentes nequaquam debeant offendere, offendentes autem de communi sunt consilio remouendi. Pro tali igitur donatione castri, ministerialium, proprietatum, possessionum omnium predictarum dominus Gebhardus patauiensis episcopus mille et ducentas marcas patauiensis ponderis soluere mihi debet, Sexcentas in festo Georii futuro proximo, reliquas uero sexcentas in futura proxima ebdomada pentecostes. Ideo ter hec omnia centum libre patauienses pro hiis meo consilio sunt collate, vna etiam domus in patauiensi ciuitate mihi data, que a me est feodali titulo possidenda. Pro huiusmodi itaque pensione in supradictis mihi terminis persoluenda ego uersa uice firmiter hoc laudaui, quod eandem donationem ipsi ecclesie per me et uxorem meam factam per manum Salmann ante secundam solutionem debeam confirmare, quod si facere non potuero, antequam fiat ultima solutio, quicquod consilio domini Episcopi super hiis placuerit, ad hoc teneor faciendum. Confessus tum etiam et est uerum, quod mee singule tres sorores sepefato castro et proprietatibus iam dudum cum iuris sollempnitate, quod vulgo vurzihte dicitur, renuntiauerunt, quam etiam renuntiationem ut adhuc coram patauiensi episcopo aut suis procuratoribus confiteantur personaliter et eam esse ratam ante festum pentecostes futurum proximo curare teneor bona fide; verum si id effectui non potuero mancipare, renuntiationem tamen ab eisdem sororibus meis factam, ubicunque postulatum a me fuerit, siue coram iudicio aut alias sufficienter et ydoneis testibus debeo comprobare. Si uero tam crebra donatio prior uidelicet Episcopo Vlrico per me solum sub nomine ecclesie sue facta, secunda uero tam per me quam per manum uxoris mee domino Gebhardo patauiensi Episcopo iterata Robur, quod absit, obtinere non ualeat firmitatis, etsi in iure euicta fuerit, tunc pro predicta pecunia mille et ducentis marcis uidelicet et centum libris et domo patauie mihi data que omnia ante predictos terminos Patauiensis Episcopus michi dedit, tum etiam pro dampnis per me pataviensi ecclesie irrogatis ad plenum et in integrum resarciendis prenominatum castrum cum uniuersis possessionibus supradictis mea et uxoris mee manu pariter tytulo pignoris pro sex milibus marcarum patauiensi ecclesie obligaui ita, quod quicunque predictum castrum a memorata ecclesia euicerit, ipsi ecclesie in sex marcarum millibus teneatur, que, antequam idem castrum in suam possessionem

Digitized by Google

recipiat, persoluere prior debet. Pro huiusmodi autem donationis beneficio dominus Gebhardus Patauiensis Episcopus unacum uniuersitate sui chori et ministerialium ad fidem suam me et dictam meam coniugem et meos heredes, si quos per dei gratiam habiturus fuero, receperunt ita uidelicet, ut in nullis necessitatibus me et meos aliquatinus derelinquant, dummodo et ipsorum consilio in talibus agendis, que sunt magis ardua et in quibus forte ipsorum auxilium postulauero, eorum etiam prius in hiis consilio uelim uti. Quin immo et hoc data fide laudauerunt, quod me et mea pro ipsorum posse fideliter debeant defensare, vniuersitas quoque chori et ministerialium sacramento prestito confirmauit, quod domino Gebhardo Episcopo carnis debita exsoluente aut ab episcopali Kathedra recedente numquam in personam alterius Episcopi eligendi debeant conuenire, Quin idem, quod et ipsi iurauerunt, mihi et meis heredibus iuret pariter se in perpetuum fideliter inpleturum et uersa uice ego et mei heredes, si quos habiturus fuero, tenemur etiam eidem sacramento prestito confirmare, quod deuotione et fide a patauiensi ecclesia numquam aliquatenus separemur. Vt igitur hec omnia, prout in premissis articulis sunt expressa, Rata maneant, illibata ac penitus inconuulsa, testibus, qui eisdem factis intererant, subnotatis sigillorum munimine domini uidelicet patauiensis Episcopi et sui chori, meo quoque pariter appenso presentibus dignum ea duxi efficaciter roborare. Hii sunt testes: *Heinricvs tvmprepositus, Chvnradus decanus, Albertus comes de Ebersteine, Wernherus comes de Tiersteine, Willehalmus cantor, Chvnradus custos, Heinricus prepositus maticensis, Gotfridus archydiaconus, vlricus couertel archidiaconus, Eberhardus de Jahenstorf, Perhtoldus liber de Povmgarten, Chvnradus de sancto valentino archidiaconus, Albertus de Possemvnster archidiaconus* Canonici patauienses. *Dietricus de sancta agatha decanus, Rvgerus subcustos, Chvnradus seneca, Herrandus capellanus mei comitis de vihtenstein, Heinricus notarius* et alii quam plures de choro pataviensi clerici et sacerdotes. Ex laicis *comes Livtoldus de plaien, Heinricus de Povmgarten, wergandus de Rvomtinge, Albertus de Halse* Nobiles uiri. Ex ministerialibus patauiensibus *Hademarus de wesen, Otto de Morspach, Livtoldus de saversteten, Chvnradus de Heichenpach, Chunradus de valchensteine, waltherus et Pilgrimus fratres de Tanneberch, Otto de Jahenstorf, Otto de Possemovnster, Rihkerus de Slehdorf* et alii quam plures. Ex ministerialibus mei

Digitized by Google

comitis de vihtensteine *Ortolfus de Nordernpah*, *Albertus de Grantperch*, *Heinricus de Graevendorf*, *Hermannus Ponside*, *Ortolfus et vlricus fratres de Rvomtinge* et alii quam plures.

Datum *Patauie* anno Incarnationis domini M° CC° XXVI° Indictione XIIII. Anno pontificatus domini Gebhardi Patauiensis episcopi Sexto.

Mon. boic. XXVIII. II. 144.

CCCCLVIII.

1227. 19. April. Passau. — *Pfalzgraf Rapoto von Ortenburg übergibt als Salmann auf die Aufforderung des Grafen Conrad von Wasserburg das Schloss Viechtenstein dem Bisthume Passau.*

Rapoto dei gratia palatinus Comes Bawarie de Ortenberch et *Chunradus Comes de Wazzerburch* una cum uxore sua *Chunigunde* Omnibus imperpetuum. Nouerint uniuersi, quod ego Rapoto palatinus Comes Bawarie a Comite Chunrado de Wazzerburch et eius *uxore Chunigunde* pariter postulatus, ut donationem *Castri in Viehtenstein*, ministerialium atque aliorum hominum et omnium proprietatum eidem Castro attinentium, secundum quod in priori autentico super hiis condito expressum est, factam *patauiensi ecclesie* per manum meam, presertim cum et huius proprietatis Salamannus fuerim, sicut ipse Comes promiserat, confirmarem in Choro patauie sub distinctione illius iuris, quod uulgo Salamannesreht dicitur, ab ipsis ammonitus et rogatus prenominato Castro et omnibus eidem attinentibus, que per manum mei Salamanni idem Comes prenominate uxori sue ante contulerat eo iure, quod uulgariter Sal dicitur, a me accepto, licet ipse Comes et eius uxor liberum tunc habuissent arbitrium eandem Sal conferendi, cui uellent, uisum tamen quam plurimis est consultius, quod idem ius, quod Sal dicitur, in manus meas redderent et sic secundario per manus mei iterum Salamanni super altare sancti Stephani patauiensi ecclesie conferrent et robore donationis perpetue legando taliter confirmarent, quod et per me factum est. Et idem ego Chunradus Comes una cum uxore mea Chunigunde libere confitemur presentem paginam predicti Rapotonis palatini Comitis Bawarie nostri Salamanni et nostro Sigillo cum subscriptione testium, qui hiis intererant, confirmantes. Hii sunt testes: *Chunradus Decanus*, *Albertus Comes de Eberstein*, *Vlricus Gouertel Archidiaconus*, *Eberhardus de Johanstorf*, *Eberhardus Obleiarius*, *Chunradus de sancto Valentino*, *Chunradus*

Digitized by Google

Custos, Albertus de Possmunster Archidiaconus, Magister Waltherus Cellerarius, Vlricus de Sconleitten Canonici Patauienses. Ex ministerialibus patauiensis Ecclesie *Hademarus de Wesen, Leutoldus de Sauersteten, Otto de Morspach, Ulricus de Lonstorf, Waltherus de Tannenberch et Pilgrimus frater eius, Otto de Johanstorf, Otto de Possmünster, Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke, Albertus de Pernstein;* Ex ministerialibus Palatini *Chuno de Jetenbach, filius suus Albertus, Wernherus de Anzenchirchen, Ebo de Mos, Wernhardus de Rotow, Fridericus de Sigenheim;* Ex ministerialibus Comitis de Wazzerburch *Ortolffus de Norndernbach, Heinricus de Grauendorff, Albertus de Gramperch, Ortolffus de Laeiminge et frater suus Gerungus;* Ex nobilibus uero uiris hii interfuerunt: *Alrammus et Albertus fratres de Halse, Chunradus de Gern, Werngandus de Rumtinge, Heinricus de Poumgarten* et tam Clerici quam Laici preter hos quam plures. Actum *Patauie* Anno incarnationis domini M. CC. XXVII. Indictione XV^a^ XV. Kalendas Maij.

Mon. boic. XXVIII. II. 322.

CCCCLIX.

1227. 11. Mai. Wien. — *Schiedspruch, betreffend eine Streitigkeit über die Capelle zu Ternberg zwischen dem Kloster Reichersberg und den Brüdern Dietmar und Ulrich von Ternberg.*

Nos dei gratia *Waltherus abbas de Medlico, Vlricus Prepositus Sancti Nycolai et archidiaconus Austrie, Chuno decanus Salzeburgensis, Heinricus plebanus Wiennensis et Magister vlricus protonotarius ducis Austrie* arbitri sub pena quinquaginta librarum electi causam, que uertebatur inter Prepositum *Richerspergensem* nomine ecclesie sue ex una parte et *Nobiles de Ternberch Dietmarum et Vlricum* fratres ex altera super Capella *Ternberch* cum suis pertinentiis arbitraria iurisditione pena prescripta per subnotatos articulos de prudentum uirorum consilio terminauimus. Sunt autem hii articuli arbitrii, quod Capella de Ternberch remaneat in libertate, quam actenus habuit, Et nobiles*) habeant liberum ius presentandi clericum, cum uacauerit capella, Episcopo diocesano. Et idem clericus habebit baptisma et sepulturam tantum propriorum hominum, qui sunt in eadem uilla et in castro, et familie ipsius clerici. Item si nobiles residentiam

*) Hier ist das Wort „non“ radirt.

Digitized by Google

habeant in castro, omnes in pane eorum siue liberi siue proprii idem ius habeant, quantum ad baptisma et sepulturam, si eis placeat. Item custodes castri, qui non sunt proprii, et ipsorum seruitores et seruitrices spectabunt ad plebem *Pramberch*, Et ad scrutinium ueniant omnes generaliter, Et capella in castro officiabitur per plebanum de Pramberch uel cuj ipse conmiserit et idem plebanus habebit omnes decimas magnas et paruas et etiam personales, Et accusatos de familia in castro et in Ternberch in placito christianitatis coram plebano de Pramberch corriget clericus de Ternberc et emendabit. Et in reconpensationem istarum libertatum dabitur predium in certis reditibus ad dimidium talentum et isti reditus dabuntur ante festum Sancti Michahelis. Et si qua pars uenerit contra hoc arbitrium, dabit alteri parti quinquaginta libras. Et si reditus dimidii talenti non fuerint ante festum sancti Michahelis preposito uel plebano assignatj, conmittent idem nobiles penam quinquaginta librarum, Et utraque pars renunciauit omnibus instrumentis pro eadem causa impetratis. Vt autem hec nostra diffinitio ab omnibus nota et stabilis habeatur, presens pagina sigillorum nostrorum inpressione robur accepit. Acta sunt hec anno incarnationis domini M° CC° XXVII. Indictione XV^ta^ v jdus Maij jn ciuitate *Wienna* et in Carnario in presentia testium subscriptorum. Sunt autem hii: *Heinricus Tumprepositus Pataviensis*, qui et sigillum suum hnic publico instrumento apposuit, *Engelbertus prepositus de Werde, Vlricus plebanus de sancto Andrea, Fridericus canonicus Salzpurgensis, Magister johannes plebanus de Perchirchen, Magister Chrafto, Hermanus nobilis de Chranichperch, Chunradus purcrauius de Ebental, Heinricus de Chrotendorf* et alii quam plures.

Original auf Pergament im Archive des Klosters Reichersberg. Die drei ersten Siegel verloren, drei andere hängen.

CCCCLX.

1227. 4. Juni. In der Au Raemnig. — *Spruchbrief Herzog Leopold's von Österreich und Steyer zwischen Propst Herrand von Waldhausen und Ulrich von Saxen über drei Höf (Lehen).*

In nomine domini amen. *Livpoldus* dei gratia dux *austrie* et *Stirie* omnibus presentibus et futuris salutem. Cum uniuersa negocia, ne tempore pereunte in humana pereant memoria, et uoce testium et scripture munimine soleant roborari, ad uniuersitatis uestre noticiam

Digitized by Google

cupimus peruenire, quod, cum inter uirum uenerabilem *Herrandum prepositum de walthusen* et *vlricum de Sæhsen* super tribus curtilibus, que uulgo dicuntur *lehen*, lis et controuersia uerteretur, nos de partis utriusque consensu eandem litem decidimus tali lege, quod dictus prepositus et ecclesia walthusen ex ipsis tribus areis unam meliorem nunc debet sibi recipere et pacifice possidere. Reliquas uero duas memoratus vlricus tenere ac possidere debet tantum ad uite sue tempora et eo defuncto nullus heredum suorum sibi iuris aliquid in ipsis areis uendicabit, sed ille aree ad ecclesiam walthusen libere et cum omni iure redibunt et ipsa ecclesia easdem in perpetuum pacifice possidebit. Vt igitur ista permaneant inconuulsa, nos presentem paginam ipsi ecclesie tradidimus nostri impressione sigilli, sicut et cernitur, confirmatam. Hujus rei testes sunt: *Hadmarus de Chunringen, vlricus de Marebah, Otto de Ror, Irnfridus de Hintperch, wezelo iudex, Otto de Manneswerde, vlricus de Harde. Dietricus de Mitterberch et Chunradus frater suus, albero de Pruvelinsperge* et alii plures. actum in *augea Renninge* II Nonas Junij anno domini M° CC° XX° VII° Indictione XVII (sic).

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz.

CCCCLXI.

Circa 1227. 6. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster St. Nikolaus bei Passau gewisse ihm zu zahlende Zinse von dessen Besitzungen bei Krems, welcher Schenkung der Priester Manegold mit dem Zunamen: Bischof, noch 6 Schillinge beifügt, damit des Bischofes Jahrtag im Kloster gefeiert werde.*

In nomine domini. Noscant uniuersi Christi fideles hanc paginam inspecturi, quod ego *Gebhardus* dei gracia *Patauiensis* episcopus pro remedio anime mee et pro salute predecessorum meorum et successorum contuli fratribus ecclesie s. *Nycolai iuxta Patauiam* omnem censum, quem ipsi fratres ammanno meo annuatim soluunt in *Mautarn* iure, quod dicitur purchreht, de curia sita in *Ruch* et predijs ad ipsam pertinentibus, qui census spectabat ad dominicalia mense mee videlicet xxxvij. metrete tritici parue mensure, I reûtmetz et xxj mensura (sic) et dimidia tritici eiusdem mensure, que olim dabantur *Walthero* cognomento *sin* ministeriali ecclesie Patauiensis, et dimidia vrna vini et xxv denarii et xxxij denarii, qui eciam prius dabantur dicto Walthero. hanc siquidem donacionem Anno dominice

Digitized by Google

incarnacionis M. CC. xxiii. Indiccione xi, ydus Octobris v. in ecclesia s. Agapiti Mautarn factam confirmaui eodem anno, ydus februarij predicta bona delegando manu propria de consensu tam chori Patauiensis quam ministerialium ad altare sancti Nycolai. Adiecit quoque memorato censui deuotus meus *Manegoldus* presbiter dictus *episcopus* tantum de suis redditibus, quod meus anniuersarius VI. solidos patauiensis monete singulis annis a conuentu sancti Nycolai debeat memoriter celebrari, lx denariis in vesperis et mj^{or} solidis in mane ad fratrum refeccionem feliciter expendendis (sic*). Testes autem huius donacionis hinc inde facte sunt *Chunradus decanus Patauiensis*, *Chalhohus archidiaconus*, *Chunradus Tumpharrarius*, *Magister zobelinus*, *Heinricus Scolasticus*, *Wilhalmus Cantor*, *Chunradus Custos*, *Eberhardus de Jahenstorf*, *Eberhardus de væhtenbach*, *Albertus de Possenmünster*, *Vlricus de Sconlieten*. De Ministerialibus *Leutoldus de Sauersteten*, *Hadmarus de Wesen*, *Chunradus de Valchenstein*, *Waltherus et frater eius Pilgrimus de Tannberch*. *Heinricus de Merswanch*, *Fridericus de Pæsching* et alij quam plures. Acta sunt hec anno domini subnotato aput *Patauiam*, In Octaua apostolorum Petri et Pauli. Data per manum *Chunradi* tunc notarij feliciter amen.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCCCLXII.

1227. 11. December. Salzburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, bestätigt nachträglich die Widmung einiger Klostergüter zur bessern Pflege der Kranken im Kloster Reichersberg durch dessen verstorbenen Propst Heinrich.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *Salzeburgensis* archiepiscopus apostolice sedis legatus. Dilectis in christo fratribus *Friderico* eiusque fratribus in *Richersperch* eorumque successoribus in Perpetuum. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande deuotionis intentio pastoralibus studiis semper sint iuuanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iusta et legittima ratione fuerint pertractata, in recidiuiuum (sic) scrupulum relabi non possint. Ea propter dilecti in domino fratres iustis uestris peticionibus facilem

*) Soll vielleicht heissen: episcopus de suis redditibus VI solidos patauiensis monete, quod meus anniuersarius singulis annis etc.

Digitized by Google

assensum prebentes constitucionem, quam felicis recordationis *Heinricus* prepositus uester ex hortationibus uestris et peticionibus ad hoc inductus fecisse dinoscitur ad consolationem et subsidium egrotantium fratrum quosdam speciales redditus deputando uidelicet decimam in *Stalhouen* totam, decimam in *Shever*, vineolam in *Grȍbe* cum aliis reditibus, qui in autentico super Hiis facto et sigilli tam sui quam Capituli appensione confirmato plenius continentur, auctoritate nostra confirmamus et presentem paginam super eadem confirmatione conscriptam nostri sigilli munimine roboramus. Siquis igitur prelatorum uestrorum, qui pro tempore fuerint aut alia ecclesiastica secularisue persona tam salubre statutum infringere attemptauerit, huic nostre confirmationi obuiando et semel atque iterum conmonitus non resipuerit, sciat se exconmunicationi tamdiu subiacere, quam diu se a tam iniquo conamine non cohercet.

Data apud *Salzburgam* iii. Idus Decembris Anno domini M°CC°XX°VII. Pontificatus nostri anno XX°VII°

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCLXIII.

1227. — *Gebhart, Bischof von Passau, widmet zum Altare des heiligen Rupert und Martin im Chore zu Passau, welchen er erbaut hat, zwei Huben in der Schärdenberger und Engelhartsceller Pfarre.*

Gebhardus dei gratia *Patauiensis episcopus* Omnibus christi fidelibus in perpetuum. Cum plerumque facta mortalium a uigore memorie temporum mutabilitates labantur, nisi fuerint scripture testimonio confirmata, hinc est, quod tenore presentium posteris decreuimus relinquendum, nos super altare, quod in honore sanctorum confessorum *Rudberti* et *Martini* ex uno latere chori patauiensis ereximus, hubam in *Schaertenberch* sitam in loco, qui *Schonenbach* nuncupatur, Alteram uero in parrochia *Engelhartscelle* sitam in loco, qui uulgo dicitur *henwalcharen*, et in *Prvnst* ad duos modios super Altare secundum, quod in honore beate *Katherine* et sancti *thome* martyris ex oposito latere chori ereximus, cum omni integritate pro dote delegasse ea conditione adiecta, ut quicunque uicarius noster siue successorum nostrorum in choro extiterit, tam dictis altaribus tam in diuinis quam in luminaribus teneatur per curriculum anni de supradictis redditibus prouidere. Insuper omnis missa (sic) defunctorum, preter

Digitized by Google

in quibus funus presens fuerit, in ipsis altaribus statuimus celebrandas. Ut autem hec nostra traditio perenne robur obtineat ac semper maneat inconuulsa, tam scripture quam sigilli nostri munimine ac testium subscriptione eam duximus confirmandam. Testes sunt *Chunradus decanus, Chunradus Tumplebanus, Chunradus custos, Willehalmus cantor, Magister Dietzo scolasticus, Eberhardus de fivhtenbach, Siboto* Patuienses canonici, *fridericus notarius, hartlibus cakingarius, fridericus de peschinge* et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC. XXVII. Indictione XV. Pontificatus nostri anno VI.

Mon. boic. XXVIII. II. 323.

CCCCLXIV.

1227. — *Revers des Grafen Conrad von Wasserburg und seiner Ministerialen, Alles zu erfüllen, was wegen des Schlosses Vicchtenstein mit dem Bisthume Passau verabredet worden.*

In nomine domini amen. *Chunradus dei gratia Comes de Wazzerburch.* Nouerint vniuersi, quod ego Chunradus Comes de Wazzerburch et hii ministeriales mei qui in presenti pagina sunt subscripti, *Ortolffus uidelicet de Nordernpach, Otto de Sundermaringe, Ortolffus et Vlricus fratres de Rultinge, Henricus de Grauendorf, Ortolffus de Leiminge, Gerungus de Leiminge, Meingottus de Rivtte, Eberhardus de Chazze, Albertus de Wernberch, Gebhardus de Schönstetten* fidem de hoc dedimus et eandem fidem sacramentis interpositis confirmauimus nos inuiolabiliter seruaturos, ut, si ante festum beati Martini futurum proximo coram iudicio aut alias, ubi *Patauiensi ecclesie* certum fuerit expedire, ita etiam ut eadem probatione dominus episcopus sententialiter contentus esse debeat, probare pretermisero, meas singulas tres sorores castro vihtenstein, ministerialibus ac aliis hominibus et omnibus ei attinentibus proprietatibus, possessionibus et uniuersis, que in priori expressa sunt autentico, que omnia Patauiensi ecclesie contuli, iam dudum cum iuris sollempnitate renuntiasse aut quod eandem renuntiationem, que uulgo Furzihte dicitur, confiteantur personaliter esse ratam; si autem predictum terminum neglexero procurare ipso die Martini uenturo proximo, ego cum ministerialibus iam predictis uenire Patauiam debeamus ab eadem ciuitate nunquam recessuri, non prius (sic) omne dubium domino episcopo et sue ecclesie de eadem renuntiatione penitus auferatur. Vt igitur ea,

Digitized by Google

ad que sub districtione sacramenti ego et mei ministeriales nos obligauimus explere etiam cessante occasione qualibet teneamur, ad id nos esse astrictos auctoritate presentium sigilli mei appensione et subscriptione testium dignum duxi declarare. Hii sunt testes: *Chunradus decanus, Vlricus Gouertelus Archidiaconus, Eberhardus de Johanstorf, Chunradus Tumplebanus et Archidiaconus, Vlricus de Schönliten, Vlricus Scobius* Canonici Patauienses; *Livtoldus de Sauersteten, Otto de Johanstorf, Otto de Possenmunster, Waltherus de Tannenberch, Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke, Heinricus de Merswanch.* Datum Anno incarnationis domini M. CC. XXVII. Indictione XV. Anno pontificatus *Gregorii pape* primo.

Mon. boic. XXVIII. II. 325.

CCCCLXV.

1228. 7. Mai. Achleiten. — *Heinrich, Abbt von Tegernsee, gibt seine Einwilligung, dass der erstgeborne Sohn eines Hörigen des Klosters St. Florian, welcher eine Hörige von Tegernsee geheirathet, dem Kloster St. Florian gehören, die übrigen Kinder aber getheilt werden sollen.*

H. dei gratia abbas de *Tegernse* Omnibus christi fidelibus in perpetuum. Juris et equitatis debitum efficacius nos exequi credimus, si fidelium nostrorum indempnitati sollicitudine, qua possumus, consoluendo prouidere curamus. Ea propter vniuersitati fidelium presentium testimonio declaramus, quod quidam iuuenis ortolfus nomine de familia ecclesie, que *domus sancti floriani* dicitur, vxorem duxit de familia ecclesie nostre, vnde dominorum suorum offensam grauiter incurrit. Nos vero adtendentes, quod dictus iuuenis, qui uota sua ad nostros transtulit, in facto suo gratiam et fauorem nostrum mereri debuit, ut indempnitati sue, quantum cum honestate et iusticia possemus, consulere merito teneremur. Vt igitur prefatus iuuenis gratie dominorum suorum reformari mereretur et ut filii sui et vxoris sue, quam de familia nostra duxit, commoditate, quam de benefitiis parentum ab utraque ecclesia consequi poterunt, non fraudarentur, prouida deliberacione prehabita de consilio et consensu fratrum et fidelium nostrorum ita statuendum decreuimus, ut filius, quem sepedictus iuuenis habuit eo tempore, cum presens instrumentum obtinuit, ad ecclesiam pertineat sancti floriani, reliquis uero filiis tam masculis quam feminis equaliter diuisis pars vna paternam, altera maternam conditionem sequi teneatur.

Digitized by Google

Et ut hec nostra diffinitio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: *Heinricus decanus de Tegernse, Perngerus decanus de Ardakcher, Vlricus Vühse, Vlricus de Pach, Hainricus Hager, Rudiger de Achleiten, Heinricus sturbenze, Hainricus staupher, Chunradus Pósenfurte, Hainricus Werder, Chunradus Danner*(?), *Chunradus Chůze.* Data *Achleiten* Nonis Maii indictione prima, Acta sunt hec ab incarnacione domini Anno Millesimo CC° vicesimo octauo.

Aus einem Copialbuche sec. XV. im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLXVI.

1228. Vor dem 17. Juli. — *Gundackar von Steyr sendet dem Markgrafen (Heinrich von Andechs eine Hube zu Hainfelden mit dem Bedinge auf, dass sie dem Spitale am Pyrn verliehen werde.*

Nouerint tam singuli quam uniuersi, quod ego *Gundacharus de Stiria* hubam quondam (quandam) in *Hainuelde* pro remedio anime mee ac parentum meorum domino *Marchrauio de Andechse* resignaui, ipse quod (quoque?) Marchrauius eandem hubam domino *Babinbergensi Episcopo* resignauit sub hac forma, ut dominus episcopus ipsam hubam *hospitali sancte Marie in pirn* contraderet perpetuo jure possidenda (m). Hujus rei testes sunt *Hartnidus prepositus Aquilejensis, Albero de Pollenheim, Alrammus Aduocatus, Engilbertus iudex de Anaso, Lirtoldus de Pernowe, Otacharus de Stille, Engilgerus iudex, Heinricus wiruel, Chunradus de wilharinge, Chunradus de Widenholze, Werenherus Magister de Prettenowe* (Preitenowe?), *Aspinus iudex de nouo foro, Sifridus niger, Ditmarus filius pernu Zelinne* (?), *Henricus de hage, Otto Abbas de Lambach.*

Et ut ratum sit, sigilli nostri impressione praesentem cedulam roboravi.

Wiener Jahrbücher, Bd. 40, pag. 90.

CCCCLXVII.

1228. 22. October. Griene. — *Leopold, Herzog von Österreich, ertheilt den Bürgern zu Ottensheim gleiche Rechte mit den Bürgern der Städte Enns und Linz bezüglich der Maut und des Zolles.*

Lirpoldus dei gratia dux Austrie et Stirie Vniuersis hanc paginam inspicientibus Inperpetuum. Quoniam labilis est memoria

Digitized by Google

hominum, expedit, ut negotia siue beneficia subditis a dominis suis impensa scripture munimine roborentur. Vnde uniuersitatis uestre noticie duximus conmendandum, quod nos ciuium nostrorum in *Otensheime* utilitatibus prouidere uolentes omne ius omnemque simul gratiam, qua in mvte et thelonei solutione in terra et in aqua ciues nostri in *Anaso* et de *Lintze* gaudere noscuntur, predictis ciuibus de Otensheime concessimus et indulsimus, ut hoc ipso iure et gratia semper ex hac ipsa nostra debeant concessione gaudere. Et ut hec ipsis concessa gratia et ius pariter permaneat illibatum, presentem paginam nostri impressione sigilli signatam predictis curauimus exhibere. Datum apud *Griene* XI° kalendas Nouembris Anno dominice Incarnationis M°CC°XX°VIII° Indictione II.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Marktes Ottensheim. — Abgedruckt bei Hormayr, Archiv 1828, 375.

CCCCLXVIII.

1228. St. Nicolaus. — *Das Kloster St. Nicolaus bei Passau verleiht ein Gut bei Chaluviham (Kalham) seinem Verwalter daselbst, Namens Heinrich, zu Landsiedelrecht.*

†. In nomine domini pateat cunctis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos *vlricus* dei gratia prepositus aput *sanctum Nicolaum patavie* et conuentus unanimi consensu predium, quod habemus aput *chaluvitham*, concessimus, quod wlgo lansilderireth (sic dicitur?) domino *Hainrico* nostro amico tunc prouisori in loco predicto, ut inde nobis soluat annuatim in Natiuitate beate Marie tres solidos pataviensis monete tunc datiue ad nostrum oblagium et xxx. denarios domino preposito pro steura, cuius etiam placitum vel ipse uel per ydoneum nuncium annis singulis uisitabit loco et tempore constituto. Promisit etiam bona fide alias se fore nobis et nostre ecclesie fauorabilem et obsequiosum et idem beneficium tam in edificiis quam agriculturis diligenter promouere et conseruare sine omni alienatione, vt post tempora uite sue tali melioratione ad nos redeat, quod super hoc anime sue salutem debeamus aput dominum deum adoptare. vt autem talis contractus tantum ad uite sue tempora ratus permaneat, duo paria inde conscribi fecimus et nostro sigillo roborari uno sibi dato, altero penes nos reseruato. Testes vero huius contractus sunt de capitulo *Vlricus prepositus, gerboto decanus, Ekkardus, Chunradus, Rikerus, Ebinhardus, Albertus, Geroldus, Gregorius*

Digitized by Google

Hainricus, Hertwicus, Waltherus plebanus de alnchovin, Siuridus Scolasticus eius, Hainricus suews, Hainricus officiarius de alnchovin, Hainricus miles, Waltherus, Hainricus slehto. Actum aput *S. Nicolaum patavie* ab incarnatione domini M° CC° XX. VIII. Indictione prima.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im königl. bairischen Reichsarchive zu München.

CCCCLXIX.

1228. — *Schiedspruch zwischen den Klöstern Michaelbeuern und Traunkirchen wegen eines Gutes zu Brisingen.*

Presentis temporis generatio hoc innatum habet vitium, ut sepe rite ac legitime acta obfuscare non erubescat. Ne igitur in posterum actum nostrum aliqua detractionis nota invadere presumat, noverint universi, quod causa, que jam diu versabatur inter monasterium *burense* et *Trunchirch* super predio in *Brisingen* hoc modo decisa est, videlicet ut ecclesia Trunchirch XV. talenta wienensis monete burensi monasterio refundat hoc quidem pacto, ut burense monasterium, quidquid juris habuit in predicto predio, cedendo liti ecclesie Trunchirch recognoscat et non solum in ipso predio Sed etiam in quibusdam hominibus, Scilicet in omni posteritate cuiusdam Arnoldi, a quibus et nullo aliquo burensis ecclesia recessit. Huius rei testes sunt *Dominus Otto de Lampach abbas, Dominus Fridericus abbas in mense, Heinricus plebanus in Trunchirch, Rudolfus Vicarius in Sewalchen, Dominus Albero de Pollenheim, Alramus advocatus, Dietricus de Puchelin, Heinricus de Viersteten, Dietmarus de Aistersheim. Luitoldus de Rulesheim, Eberhardus de Viehte, Sifridus officiarius, Heinricus Wolfil, Eberhardus frater eius, Dietmar Camerarius, Rudolf de Chottpach, Piligrimus de Riutheim, Otto Posch, Chunradus Passo, Fridericus Platter, Ulricus de Buren* et alii quam plures. Actum anno verbi incarnati M. CC. XXVIII. Ind. II. Ut autem hec rata sint et illibata, presens pagina sigillis utriusque ecclesie est roborata.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Michelbeuern. — Filz, Geschichte des Klosters Michelbeuern, pag. 761, Nro. XV.

Digitized by Google

CCCCLXX.

1228. Passau. — *Das Domcapitel zu Passau ratificirt den von einem Bürger daselbst mit dem Abte von Kremsmünster um bedeutend geringeren Werth abgeschlossenen Verkauf eines Weingartens.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Chůnradus* dei gratia Decanus et Capitulum patauiense omnibus presentem paginam inspecturis inperpetuum. Quoniam ea, que fiunt in tempore, ne a memoria hominum cum eodem labantur, scripto solent et subscriptione testium perhennari. Hinc est, quod ad noticiam tam presentium quam futurorum uolumus peruenire, quod dilecti in Christo fratres nostri Abbas et Conuentus in *chremsmůnster* cum domino *Heinrico de bůrte* et *Chůnigunde* uxore ipsius ciuibus nostre ciuitatis contractum quendam celebrauerunt ementes ab eisdem vineam iuxta *Můttarn* sitam pro xjj libris monete Wienensis ita tamen, quod predicti fratres inde domino montis soluerent annuam pensionem, que *perchreht* vocatur, et ipsi venditores, ut ipsis et posteris suis ad remedium anime sue cederet, quicquid in vineę poterant venditione ab aliis plus recipere, predictis fratribus relaxauerunt vineam ab heredum suorum impeticione penitus eximentes. vt autem omnis timor Emptoribus auferretur, *Waltherus Isenar* et filii ipsius *Růbertus* uidelicet et *Vlricus* promiserunt ad annum et diem vineam predictam defendere a cuiuslibet impeticione. Ne igitur conuentus prenominatus super contractu tali coram nobis facto a quoquam possit aut debeat inposterum impulsari, presentem inde paginam conscribi et impressione sigilli nostri fecimus premuniri. Huius rei testes sunt: *Chůnradus* Decanus, *Chůnradus* tůmplebanus, *Albertus de possenmůnster* canonici, *Chůnradus* plebanus de *Nodernbach*, *Otto taekkinger*, Ex laicis *Fridericus paeschinger*, *Waltherus Isenaer*, *Růdigerus lundinger* et frater ipsius *Hartmůt*. *Růbertus* et *Vlricus* filii *Isenaerii*, *Purchardus* et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno dominice Incarnationis M° CC° xx°vjjj. Indictione j. in choro patauiensi.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 77, Nro. 60.

Digitized by Google

CCCCLXXI.

1229. 6. März. Perugia. — *Papst Gregor IX. beauftragt den Dompropst, Decan und Küster zu Salzburg, die zwischen den Klöstern Lambach und Kremsmünster über die gegenseitigen Ansprüche auf Zehente zu Grünach obwaltende Streitigkeit zu untersuchen und zu entscheiden.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs . . Preposito . . Decano et . . . Sacriste *Salzeburgensibus* salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filij . . . Abbas et Conuentus *Lambacensis* petitione monstrauerunt, quod, cum . . . Abbas et Conuentus de *Cremsmunster* Patauiensis diocesis contra ipsos ad . . . Abbatem de *Gersten* et eius collegas super quibusdam decimis apostolicas litteras impetrassent, ijdem ex eo sentientes ab eisdem iudicibus indebite se grauari, quod cum ipsi excipiendo proponerent coram eis, quod . . Prepositus *sancti Nicolai*, quem sibi in assesorem assumere intendebant, inimicus manifestus erat eorum, ac propter hoc ipsum assumere uel ipsius uti consilio non debebant, qui dicti iudices ipsos super hoc audire contra iustitiam denegabant, sedem apostolicam appellarunt, at ipsi iudices eorum appellatione contempta partem alteram in possessionem rerum petitarum perperam induxerunt. Quocirca discretionj uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi appellationem inueneritis temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota ratione preuia procedatis, Alioquin partes ad priorum iudicum remittatis examen appellantes in expensis legitimis condempnantes. Testes autem, qui fuerunt nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cessante appellatione cogatis ueritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum *Perusij* ij. Nonas Martij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCLXXII.

1229. 3. December. Enns. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, bestätigt einen Vergleich zwischen dem Stifte Reichersberg und dem Grafen von Ortenburg.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis* archiepiscopus apostolice sedis legatus jn perpetuum.

Digitized by Google

Presenti scripto notum facimus uniuersis, quod *Hermannus comes de Ortenburc* liti, quam aliquanto tempore *Richerspergensi* ecclesie mouerat super predio in *Wernhersdorf* et alijs quibusdam possessionibus ei attinentibus, que dicebat ab *Heinrico* quondam Richerspergensi preposito se emisse, pro se et pro heredibus suis cessit et idem predium in nostris manibus resignauit in presentia domini *Liupoldi Austrie et Styrie Ducis* jllustris condicionibus quoque, quas instrumenta sibi uicissim collata exprimunt et ecclesia et Comes predictus se inuicem astrinxerunt. Nos igitur conditiones easdem et omnia, prout in illa conpositione sunt acta secundum, quod ipsorum priuilegia hec declarant, rata habentes ad ipsorum instantiam presentibus litteris confirmamus atque ad omne dubium in posterum remouendum presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum *Anasi* III.° nonas Decembris, anno domini m.°cc.°xx.°viij.°

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geheimen H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCCLXXIII.

1229. 17. December. Prag. — *Die von Papst Gregor IX. delegirten Commissäre suspendiren mehrere Prälaten und Pfarrer Österreichs und tragen ihnen auf, sich vor dem Papste über die durch Bischof Gebhart von Passau gegen sie erhobenen Beschuldigungen zu verantworten.*

In nomine domini Amen. Nos J. miseratione diuina episcopus, E. prepositus, y. Archidiaconus Pragensis ecclesie a sede apostolica delegati in negotio, quod mouet dominus G. *Patauiensis Episcopus* contra prelatos et alios clericos *austrie* in sva diocesi constitutos eo, quod dicit eos excommunicatos in ecclesiis interdictis a se diuina officia in salutis sue preiudicium celebrare, citauimus eundem clerum, ut coram nobis comparerent in tyna quadam villa Pragensis ecclesie in die sancte Lvcie dicto Episcopo de hiis, que ipsis obiceret, secundum iuris ordinem responsuri. Die autem prefata ueniente nobis ibidem presentibus dominus Patauiensis Episcopus in propria persona comparuit coram nobis petens, ut ad mandatum sedis apostolice nobis iniunctum procederemus, prout Juris ratio postularet. Nos autem ex officio nostro certi esse uolentes, an pars etiam aduersa per se uel per personas ydoneas compareret, quesiuimus, an pro alia parte aliquid esset presens. ibidem autem surrexerunt *abbas de Jerus* et *prepositus Numbergensis*, Item *danihel de polan* et *Rembertus de*

Digitized by Google

Asparn, qui dixerunt se pro se et pro aliis uenisse profitentes, se super hoc mandatvm nullum habere. Apparuit autem nichilominus Magister *Marquardus de Riede*, Item quidam laicus, qui se nominabat *pertoldum*, quorum uterque obtulit quasdam literas, in quibus videbatur eorum uterque constitui procurator quorundam prelatorum specialiter et omnium clericorum austrie; verum in continenti dominus Episcopus pataviensis contra procurationem Magistri Marquardi excepit dicens, ipsum esse excommunicatum, unde a limine Jvdiciorum esse expellendum, et super hoc testes peciit incontinenti recipi. Crastina autem die idem Magister Marquardus apparens coram nobis erupit in uocem appellationis quasdam causas sue appellationis exprimens euidenter falsas eo uidelicet, quod sibi denegassemus copiam apostolici rescripti. Item quod citassemus eos ultra duas dietas et ad locum suspectum. Cvm autem ex parte Episcopi diceretur, quod audiri non deberet ullo modo, cum esset excommunicatus et paratus erat Episcopus probare in continenti, quod procuratio tam sva quam dicti laici nulla esset. Diximus Magistro Marquardo et hiis, qui eum eo erant, quod parati eramus eis omnimodam iusticiam facere et si eum uel partem suam in aliquo grauaremus, parati eramus corrigere, dummodo etiam rationes partis aduerse et ipse audiret et a nobis audiri permitteret, ut ita audita utraque parte, quod iustum foret, faceremus. ille nullam ulterius moram uolens facere cum suis sociis a nostra abscessit presentia. Cvm autem nos uiros religiosos plures post eos misissemus mandantes ipsis, quod ad iuditium redirent, nos autem omnimodam eis iustitiam uellemus facere, Rediit tam ipse quam alii sed dicentes se habere amplius iudicem papam. Nulla mora facta, sed nec nos nec partem aliam uolentes aliquo modo audire iterato recesserunt. Cvm tamen eis continue instaremus dicentes et promittentes, quod parati eramus eis omnimodam justiciam inpertiri, parati etiam, si in aliquo grauaueramus eos, incontinenti reuocare uel etiam ipsorum appellacioni, si hoc iustum uideremus, deferre. Iterato igitur ipsis contumaciter recedentibus misimus honestas et graues personas eos reuocantes primo et secundo et tertio, sed illi redire nullomodo uoluerunt, immo ascensis equis cum conductu Regis, quem eis sufficientissime procuraueramus penitus abscesserunt. Supplicabat igitur nobis dominus Episcopus patauiensis proponens tribulationes maximas et infinitas tam sue ecclesie quam persone, ut ex ipsorum contumatia, quam faciebant in periculum finale patauiensis ecclesie, non sineremus

Digitized by Google

eos commodum reportare, maxime cum iam per eos cum potestate laica contra ecclesiam coniuratos bonis omnibus sui episcopatus spoliati cogebatur deficere etiam in expensis. nos igitur et ipsi Episcopo beniuolam audientiam concedentes et nichilominus pro iure partis aduerse licet absentis, quecunque nostrum animum mouebant, fideliter proponentes per discussionem negocii ad ueritatis inquisitionem curauimus peruenire. Constitit autem nobis probationibus sufficientibus tam facti quam Juris, quod procuratio facta in personam Magistri Marquardi nulla fuit tam aliis rationibus quam illa specialiter, quod ipse tempore date procurationis excomunicatus erat maiori excomunicatione a dicto Episcopo suo ordinario pluries et ex diuersis causis et ex illa specialiter, qui dixerat dominum Papam esse hereticum. De excomunicationibus autem factis in evm probatum est lite super excomunicatione in modvm exceptionis sibi obiecta inter ipsos contestata coram nobis per viros honestos et religiosos et omni, ut credimus, exceptione maiores. Constitit etiam nobis, quod alia procuratio facta in pertoldum laicum non erat nobis aliquatenus admittenda, nam fides illj cartule propter plurimas suspiciones non poterat adhiberi, utpote que erat signata nomine multorum prelatorum et tocius cleri uno sigillo penitus ignoto pluribus deletis literis ita, quod, cuius esset, non poterat liquido deprehendi. dicebatur tamen a presentatore esse sigillum abbatis scothorum, nec eadem carta habebat aliquid certitudinis, quare ei fides adhiberi debebat. Constitit etiam nobis tam per responsa eorum qui pro prelatis et clero uenerant, quam aliis pluribus modis, quod ex parte nostri litere nostre citationis peruenerant tam ad prelatos austrie quam totum clerum, quia fuerant in tota Austria multipliciter publicate. Constitit etiam nobis per probationes Juris, quod appellationi interposite non erat deferendum, tum quia cause assignate erant notorie false, tum quia persone dicte exigente sva contumatia et aliis de causis appellare non poterant, tum ex pluribus aliis causis. Nos igitur uisis meritis utriusque partis, habita deliberatione plenaria de consilio uirorum sapientium, qui fuerunt tunc temporis nobiscum, licet pars Episcopi peteret in principali procedi, ut scilicet secundum mandatum apostolicum aduersarios suos contumaces pena canonica castigaremus, maxime cvm excessus eorum esset notorius, lite tamen super hoc non contestata hoc facere noluimus, sed quia nobis constitit de contumatia tam prelatorum Austrie quam alterius cleri, utpote qui citati nec per se apparuerunt nec per

Digitized by Google

ydoneos responsales in penam sue contumatie quosdam ex ipsis prelatis sev clericis, quorum nomina inferius sunt annotata, quos tamquam principaliores esse in hoc negotio perspeximus, in exemplum et terrorem aliorum suspensos ab officiis et beneficiis ipsorum ad presentiam sedis apostolice transmittimus eis comparendi personaliter coram domino Papa in octaua pasche terminum prefigentes, ut ibidem aput sedem apostolicam tam de pena istorum quam aliorum clericorum Austrie, in quibus propter multitudinem seueritati ad presens detraximus, secundum domini pape beneplacitum disponeretur. Remittimus etiam negotium nobis inter dictum Episcopum et prefatos clericos commissum in manibus domini pape, ut tunc predicto Episcopo finaliter respondeant et prelati nominati et ceteri clerici de obiectis dictum eis terminum peremptorium assignantes. Non enim uidemus, qualiter Episcopo pataviensi per nos in principali possit iustitia exhiberi propter hoc, quod nec nuntios nostros cum literis nostris citatoriis sev aliis in austriam possimus dirigere, cum eorum, qui nostras litteras illuc detulerunt, quidam clerici iam sint in uituperium dei et ecclesie Romane male tenti et uiliter tractati et timemus eis in futurum etiam uite periculum imminere. Hii autem sunt, quos ab officiis et beneficiis suspensos ad Romanam curiam transmittimus: *Abbas scotorum in vienna, Prepositus numbergensis, Abbas in cella s. Marie, Prepositus s. Andree, Prepositus s. Georgii, Abbas in Kothuico, Abbas in Altenburch, Abbas in Medlico, Abbas in Sitansteten, Abbas in Gleunch, Abbas in Chremsmvnster, Abbas in lambach, Prepositus in Walthovsen, Prepositus s. Floriani, Prepositus de Rjchersperge, Decanus in Anaso, Decanus in Chremis, Decanus in Herzogenburch, Magister Marquardus de Riede, Magister Marquardus plebanus de spithe, Sifridus plebanus de haimburch, Olricus plebanus de wizlinsdorf, Eberhardus plebanus de lovchse, Conradus plebanus de Rustbach, Marquardus plebanus de Gors, Danihel plebanus de polan, Fridricus plebanus de widerualde, Vernhardus plebanus de sicendorf, Hinricus plebanus de Rapotenchirchen, Rudgerus plebanus de Chvoliube, Riembertus plebanus de Asparn, Henricus plebanus de Asparn, Sifridus plebanus de Waels, Siboto plebanus de Grimarsteten, Plebanus de valwa, Olricus plebanus de s. Andrea, Pernoldus, Erchenpoldus, Albertus, Rapoto clerici celebrantes in vihenna.* Acta sunt hec in *tyna in domo Episcopali* in presentia *Magistri Bernardi scolastici pragensis, Magistri*

Digitized by Google

Egidii archidiaconi Tynensis, Magistri Stephani archidiaconi horsouensis, Thobie canonici pragensis, Abbatis et prioris de Mileuzch premonstratensis ordinis, Nepri et Milozlay capellanorum Episcopi pragensis, Benigni canonici Sacensis, ypoliti capellani Regis Boemie, Lupi sacerdotis, Radozlay capellani Episcopi, V. prepositi s. Nicholai de Patauia, Marquardi prepositi s. ypoliti, Conradi maioris plebani de patauia, Eberharti, Alberti Et aliorum multorum Anno dominice incarnationis M. CC. XX. VIIII. XVI. Kalendas Januarij. pontificatus domini *Gregorij noni* Anno tercio.

Mon. boic. XXIX. II. 346.

CCCCLXXIV.

Circa 1229. — *Hermann, Graf von Ortenburg, entsagt seinen Ansprüchen an das Gut Wernhersdorf, worüber er mit dem Kloster Reichersberg in Streit gerathen war.*

Viris religiosis Friderico Preposito et Capitulo *Richerspergensi Hermannus Comes de Ortenburch* salutem. Liti, quam aliquanto tempore Richerspergensi Ecclesie moveramus super predio in *Wernhersdorf* et aliis quibusdam possessionibus ei attinentibus, que dicebamus ab *Heinrico* quondam *Richerspergensi Preposito* nos emisse, pro nobis et pro heredibus nostris in presencia reverendi Patris nostri *Eberhardi Salzpurgensis Archiepiscopi* et *Luipoldi Austrie et Stirie Ducis* illustris cessimus et resignavimus idem predium cum omnibus eius attinenciis quesitis et eciam inquirendis, quocunque nomine censeantur, in manibus Domini nostri Archiepiscopi supra dicti hac condicione annexa, ut si quando Ecclesia Richerspergensis illud predium vendere cogitaret, offerret illud nobis vel heredibus nostris ad emendum pro ducentis marcis denariorum Frisacensium legalium, quam pecuniam simul totam infra spacium duorum annorum solvemus. Interim autem idem predium cum proventibus suis in Ecclesie proprietate consistet, donec ea pecunia per nos ei sit totaliter expedita et nisi infra dictum spacium summa eius pecunie sit soluta, in arbitrio capituli ex tunc erit vendere ipsum predium, cui volet. Advocacia tamen nihilominus sicut prius in eodem predio nostra erit ac deinceps Ecclesia ab observacione sit conditionis prehabite absoluta. Est quoque adiunctum, ut, quando offertur nobis idem predium ad emendum, privilegium una nobis confectum super vendicione huiusmodi consensum Capituli continens presentetur ac per vos de

Digitized by Google

voluntate nostra in locum securis partibus reponatur, quod nec vobis nec heredibus nostris assignabitur nisi solucione totalis pecunie prius facta. Ceterum de piscariis eidem predio attinentibus recipiet Ecclesia annis singulis tantummodo marcas duas et excrescens residuum nostrum erit ita tamen, quod nos et heredes nostri cavebimus, ne contingat diminui dictam summam. Ut autem hec firma permaneant in futurum, presens Instrumentum super hiis conscriptum et Sigilli nostri munimine roboratum vobis duximus concedendum. Testes sunt *Karolus Sekkovensis Episcopus, Chunradus Newnburgensis, Wernhardus de Domo sancti Floriani, Magister Heinricus Soliensis, Magister Wernhardus Frisacensis Prepositi.*

Mon. boic. IV. 432.

CCCCLXXV.

1230. 28. Februar. St. Florian. — *Gebhart, Bischof von Passau, ertheilt einem Vertrage zwischen dem Kloster St. Florian und Dietmar von Engilpoldistorf seine Bestätigung.*

†. *Gebhardus* dei gratia *patauiensis ecclesie episcopus* uniuersis christi fidelibus in perpetuum. Quia tempora more defluentis aque pretereunt et humana facta a mentium recordatione labendo excidunt, unde sepe lites oriuntur et contentiones, nos super contractu inter prepositum et fratres de *domo sancti Floriani* ex una parte et nobilem uirum *Dietmarum de Engilpoldistorf* ex altera celebrato partium indempnitati prouidere uolentes uniuersorum christi fidelium noticie presentibus scriptis declaramus, quod iam dictus dietmarus per nostram intercessionem optinuit, quod prepositus et fratres dicti concesserunt ipsi et filio suo *Livpoldo* curiam unam iuxta *Chaecilinstorf* et *Gvsin* fluuium sitam ad annuam pensionem duodecim solidorum ecclesie S. Floriani inde annuatim in Natiuitate sancte Marie persoluenda. Fuit etiam dicto contractui talis interiecta condicio, ut, si *Livpoldus* defuncto patre succederet, ipse prefatam curiam ad tempora uite sue, sicut premissum est, libere possideret et post mortem eius eadem curia ad ecclesiam sine contradictione qualibet deuolueretur. Si uero Livpoldus ante mortem patris decedere contingeret, *dietmarus* frater eius minor sepedictam curiam loco et iure defuncti fratris ad tempora uite sue quiete optineret. Quodsi Livpoldus et Dietmarus ante mortem patris ambo decederent, pater ipse curiam sepius dictam ad tempus uite sue detineret et alii filii uel filie

Digitized by Google

eiusdem nichil sibi iuris in illa uendicare deberent, sed et pater siue filius, qui dictam curiam ultimo teneret, post mortem suam ad curiam excolendam duos boues et semina relinquere teneretur. Pro hac autem dicte curie concessione prememoratus Dietmarus tradidit ecclesie sancti floriani predium unum in *Asangin* ad estimatam pensionem duodecim solidorum et iste contractus publicatus fuit *in placito Tvomaduocati in Tabirsheim* filiis suis Livpoldo et Dietmaro et uxore presentibus et donationem paterni predii ac totum contractum ratum habentibus ac deinde sepe nominatus Dietmarus sub ydoneis et plurimis testibus traditum predium, quod Asangin uocatur, per manum liberi hominis nomine *Miztinch* super aram sancti floriani delegauit et promisit ibidem coram altari sub eisdem testibus se acturum cum aliis pueris suis tunc tenellis, cum ad legitimam etatem peruenirent, quod paternam donationem ratam haberent et iuri suo in predio tradito renuntiarent, alioquin predium ipsius in *Engilpoldistorf* obligatum teneretur ecclesie sancti floriani pro sexaginta libris monete publice. Hoc quoque adiectum est, quodsi curia a predictis fratribus prefato militi concessa propter alicuius inpetitionem iudiciali disceptatione per sententiam fuerit eidem abiudicata, fratres dicti prememorato militi predium suum restituant et uersa uice, si predium a milite fratribus collatum fuerit in iudicio pro quouis inpetitore per sententiam ipsis fratribus abiudicatum, miles illud ecclesie alio predio equialente reconpenset. Antefato quoque contractui talis fuit pena adiecta et recepta, ut, si prefatus Dietmarus seu filius ipsius dictam pensionem duobus annis soluere neglexerit, pro ipsa negligentia quinque talenta soluere teneatur. Si tribus, curia qualibet contradictione cessante, ecclesie sit soluta (sic). Item coram dicto altari et sub eisdem testibus sepe dictus Dietmarus pro se et pro filiis suis renuntiauit liti, quam sibi contra ecclesiam putabat conpetere super predio et hominibus domni *Steuenonis* auunculi sui ecclesie legitima donatione traditis et continuata possessione quadraginta annis et amplius neoncusse possessis. Nos igitur que premissa sunt, auctoritate nostra confirmantes, ne qua in posterum super ipsis ab alterutra parte questio uel contentio possit oboriri, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt *Chvonradus tvomplebanus patauiensis, Volricus covirtel archydiaconus, Albertus de Possimvenster archydiaconus, Perhtoldus de Povmgartin canonicus pataviensis, Dietricus decanus in S. Agatha, Gerboto*

Digitized by Google

decanus in S. Nycolao, Magister Fridericus notarius episcopi, Volricus de Grvninpurch, Heinricus de Merswanch, Otto de Glvzze, Volricus de Richenstein, Sighardus (castor), Arnoldus de Lonstorf, Chvonradus (de prvkesleg), Ortolfus de Sweinpach, Walchvonus de hofstetin, Meingodus seruitor hospitum, Ebirgerus iudex (in Riedmarchya) et Meingodus frater suus, Chvonradus et Heinricus frater suus (de Cirtenaren), Rvodolfus de winchil, Dietmarus et Aribo (precones in riedmarchya).

Data *in domo S. Floriani* Anno ab incarnatione domini MCCXXX. Indictione V. (sic) II. kalend. Marcii Anno pontificatus nostri decimo.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 302.

CCCCLXXVI.

1230. 4. April. Rom. — *Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Kremsmünster und dessen Besitzungen in den Schutz des apostolischen Stuhles, insbesondere die Kirche zu Pettenbach und die Besitzungen zu Martinsberg und Mautern.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. . Dilectis filiis abbati et Conuentui in *Cremsmunster* ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinati personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus Specialiter autem ecclesiam de *Petenbach* cum decimis et aliis pertinentiis suis, quam Venerabilis frater noster. . Patauiensis episcopus loci diocesanus capituli sui accedente consensu monasterio uestro concessit, et de *monte sancti martini* et de *mutarn* predia et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hec attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum

Digitized by Google

eius se nouerit incursurum. Datum Lateranis jj. Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 78, Nro. 61.

CCCCLXXVII.

1230. Im April. Fogie. — ***Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster Reichersberg die von seinen Vorfahren am Reich ertheilten Freiheiten, namentlich den Schutzbrief seines Vaters Kaiser Heinrich's VI.***

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Fridericus secundus* divina fauente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, Jherusalem et Sicilie Rex. Cum instancia cottidiana nostra sit Ecclesiarum omnium Imperii nostri sollicitudo continua, non indigne ad statum ipsarum pacificum conservandum nostre benevolenciam ostendimus pietatis. Eapropter notum fieri volumus universis Imperii nostri fidelibus, quod *Leupoldus Dux Austrie et Stirie* dilectus Princeps noster in nostra presencia constitutus celsitudini nostre supplicavit humiliter et devote, ut privilegium, quod Dominus *Hainricus Romanorum Imperator* magnificus dive memorie Pater noster pie indulxit *Ecclesie de Richersperg* innovacione et confirmacione de gracia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis heinricus Sextus diuina fauente clementia romanorum imperator semper augvstus et rex Sicilie. Ad eterni regis premium et temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus etc. (wie die Urkunde datum Wirtzburch am 7. October 1195). Nos autem supplicaciones prefati Ducis Austrie et Stirie dilecti Principis nostri favorabiliter admittentes ob illius intuitum, per quem feliciter vivimus et regnamus, et ob remedium animarum divorum augustorum Parentum nostrorum privilegium supradictum et quicquid continetur in eo, supradicto Monasterio duximus confirmandum, Eidem de speciali gracia indulgentes, ut, si eiusdem loci prepositus a principali Advocato sibi aliquem advocatum destinari pecierit, committatur ipsi absque iure beneficiali talis procuracio liceatque Preposito et fratribus, si inutilis et gravis ille fuerit, eum amovere et loco ipsius meliorem substituere. Statuimus igitur, ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis contra hoc confirmacionis nostre privilegium predictum Monasterium molestare presumat; quod qui presumpserit, preter indignacionem nostri culminis, quam incurret, penam

Digitized by Google

centum librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, reliqua passis iniuriam persolvatur. Ad huius autem confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo celsitudinis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt *Bertholdus Aquilegiensis Patriarcha, Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis Episcopus, Leupoldus Dux Austrie et Stirie, Wernhardus Dux Carinthie, Otto Dux Meranie, Rapoto Palatinus Comes, Heinricus frater suus Comes de Ortenberch, Raynbertus de Murech, Hainricus de Prüne, Irinfridus de Hinnperch* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXXX. mense Aprili tercie Indiccionis, imperante Domino nostro Friderico Dei gracia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jherusalem et Sicilie Rege gloriosissimo, anno Imperij eius X. regni Jherusalem V. regni vero Sicilie XXXII. feliciter. amen. Data *Fogie* anno, mense et indiccione pretitulatis.

Mon. boic. IV. 433.

CCCCLXXVIII.

1230. 15. Juli. Enns. — ***Excommunication Albero's von Arnstein und der Gräfin Euphemia von Peilstein durch den Abbt von Baumgartenberg und andere vom Papste delegirte Commissäre wegen Widerspänstigkeit gegen deren Urtheilsspruch und gewaltthätiger Vorenthaltung eines Zehentes des Klosters Waldhausen.***

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia *Abbas in Poumgartinperge, in domo S. Floriani et in aneso decani* Anno M. CC. XXX. consedimus apud *Anesum in ecclesia S. Georii* in diuisione apostolorum. Primo itaque legi fecimus apostolicum rescriptum: Gregorius episcopus etc (sic) Cuius auctoritate rescripti iudices delegati a domino papa constituti audiuimus querelam *prepositi de Walthusin* et *Marquardi sacerdotis* et canonici eiusdem ecclesie, qui litteras citacionis detulit domino *Alberoni* ad castrum *Arnstein*, sed adeo turpiter probris et maledictionibus et minis et terroribus ipsum affecit idem Albero, quod etiam de vita desperaverat et nisi quidam miles eundem Alberonem verbis placabilibus interponendo se retraxisset, manus in ipsum iniecisset violentas, et super hac iniuria et eius, cuius vice fungimur, contumelia petiit fieri sibi iusticiam. Nos autem interlocuti sumus, quod idem Marquardus fidem

Digitized by Google

nobis super his faceret per iuramentum, quod et fecit. Propositum fuit ex parte prepositi, quod possessio decimarum in *Sinuwelvelden* adiudicata fuit sibi a iudicibus delegatis *abbate de Poumgartinperge* et in *S. Nycalao* et in *S. Floriano prepositis* et licet propter potentiam adverse partis infra annum non potuerit nancisci possessionem, tamen elapso anno verus fuit possessor secundum constitutionem Lateranensis Concilii. Contingit interdum et ex III. de of. iu. or. Pastoralis et quod spoliatus esset sex annis possessione illa. Item proposuit, quod lis erat contestata per responsionem *comitisse de Pilstein*, que coram iudicibus predictis protestata fuit, quod predicte decime mee sunt proprie et auctoritate mea Albero de Arnstein eas possidet. Unde lite contestata testes erant recipiendi et ad diffinitam sententiam procedendum per iura ex i(ure) de dolo et contum(acia) Prout et de testibus. In nomine domini et III. et VIIII: Decreuimus et ex III. ut lite. Quo frequenter Et hec omnia probabat per instrumenta iudicum delegatorum. Judices interlocuti sunt, quod velint audire testes super possessione decimarum.

Marquardus sacerdos et canonicus eiusdem ecclesie iuratus dixit, quod ipse interfuit, quando iudices delegati Abbas de Poumgartinperge et de S. Nycolao et de S. Floriano prepositi possessionem decimarum in Sinuwelvelden adiudicaverunt monasterio Walthusin et quod dominus *Symon sacerdos et canonicus* eiusdem ecclesie missus a preposito, ut colligeret easdem decimas, repulsus fuit a domino A. de Arnstein et ab hominibus suis et quod elapso anno, cum vera possessio ad eos esset deuoluta, iterum nuncii monasterii repulsi fuerunt per violentiam A. et suorum hominum et quod eas adhuc detinet violenter. *Gisilbertus* iuratus dixit eadem per omnia, scilicet quod idem A. auctoritate comitisse de Pilstein adhuc predictum monasterium non cessat spoliare.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia Abbas de Poumgartenperge et de S. Floriano et in Aneso decani iudices delegati a domino papa visis instrumentis iudicum delegatorum et receptis testibus et publicatis adtestationibus condempnamus et excomunicamus Alberonem de Arnstein propter contumaciam, quia Marquardum sacerdotem et canonicum in Walthusin ferentem litteras citacionis nostre probris et contumeliis affecit et quia monasterium Walthusen non cessat spoliare decimis in Sinuwelfelden, quarum possessio spectat ad monasterium Walthusen. Interdicimus etiam

Digitized by Google

hominibus suis ecclesiastica sacramenta preter baptisma parvulorum et penitentiam morientium. Condempnamus et ipsum ad restitutionem omnium fructuum, quibus monasterium Walthusen spoliauit infra sex annos, ex quo ipsi ueri possessores earumdem decimarum de iure exstiterunt.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia Abbas de Poumgartinperge, de S. Floriano et in Aneso decani iudices delegati a domino papa visis instrumentis iudicum delegatorum et receptis testibus et publicatis adtestationibus excomunicamus nobilem mulierem de Pilstein propter contumaciam et quia auctoritate eius Albero de Arnstein spoliat monasterium Walthusen decimis in Sinuwelvelden. Suspendimus tamen sententiam usque ad Nativitatem S. Marie, quod si ipsa medio tempore non resipuerit, extunc erit ligata predicta excomunicationis sententia et non solum ipsa sed et homines ipsius excepto baptismo parvulorum et penitentia morientium ecclesiastica carebunt comunione. Data anno ab incarnatione domini M. CC. XXX. In divisione Apostolorum apud Anesum in ecclesia sancti Georii.

Kurz, Beiträge, IV. 450, aus dem Originale.

CCCCLXXIX.

Circa 1230. — *Otto von Rohr vermacht dem Kloster Kremsmünster zu einem Seelgeräthe für sich und sein Geschlecht einen Hof.*

C. Innotescat tam future quam presentis etatis successoribus, quod ego *Otto de Ror* tradidi libere et potestatiua manu *Curtem Liupoldi* ad altare sancte dei genitricis Marie sanctique Agapiti martyris in *Chremsmunster* cum omnibus attinentiis suis cultis et incultis, pratis et pascuis pro remedio anime mee ac parentum meorum, ipsum quoque ius Aduocatie in ipsa curte ita, ut, si necesse habeant fratres, unus de heredibus meis eligatur, qui defendat sine omni utilitate. Hanc itaque donationem ita confirmamus, quatinus in die anniuersarii mei fratres monasterii inde recipiant consolationem, unusquisque uidelicet poculum uini et panem album et quatuor oua in perpetuum, et ut ego habeam plenam procurationem loco sacerdotis in orationibus et elemosinis secundum consuetudinem loci illius. Hanc itaque donationem meam ratam facio et memorie commendatam presentis scripto et appensione sigilli tam mei quam Abbatis prefati monasterii *Heinrici*

Digitized by Google

sub astipulatione testium subscriptorum. Testes: *Pernhardus* plebanus de *Halle, Wolfram de Chemnaten,* Magister *Guido de Munster,* Magister *Rubertus, Albero de Pollenheim* et filius eius *Albero, Heinricus de Egendorf, Heinricus Funil, Poppo* et filius eius *Albertus, Maganus, Heinricus han, Otto, Vlricus de Ort, Eberhart* et *Otto Puzwekke, Otto de Ahliten, Ernst* et *Chunradus de Asperg, Hartwicus de Abteie, Merbot de Oede, Ernsto de steine, Heinricus, Chunradus, Hartwicus dentes, Dietmar de steina, Heinricus de Aiche, Vlric lintwurm, Heinricus de Oede* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln und der Randnote: Circa annum domini MCCXXX., im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 79, Nro. 62.

CCCCLXXX.

Circa 1230. *Ekbert, Bischof von Bamberg, gibt dem Spitale am Pyhrn drei Huben zu Hanfelden, Hulwarden und unter dem Berge Cyrian.*

In nomine sancte et jndiuidue trinitatis *Ekkebertus* dei gratia *Babinbergensis* episcopus Omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Quia res rationabiliter gesta tum temporis mutabilitate, tum iniqua falsariorum assertione aboleri solet et prout (proinde) notum esse cupimus tam presentis etatis quam future posteritatis hominibus, quod nos hospitali sancte Marie in pede montis, qui *Pyrdo* nuncupatur, situm tres mansos in *Hanvelden,* in *Hvlwarden* et sub monte *Cyrian* constitutos pro remedio anime nostre in ampliorem pauperum Christi, qui inibi recipiuntur, sustentationem, cum idem hospitale nouella sit plantatio, contradidimus et ne talis donatio ab aliquo possit irritari, presentem paginam conscribi et sigilli nostri inpressione duximus insigniri. Huius rei testes sunt *Gvndeloch decanus, Rêlandus scolasticus, Lvpoldus, Bertoldus nepos episcopi canonici maioris ecclesie, Heinricus decanus, Rvdegerus scolasticus, Evstachius, Sifridus canonici sancti Stephani, Sifridus notarius.* Laici *Gotefridus de Trvhsen, Pilgrinus de Klvsen, Heinricus porcel, Heinricus de Hartenberc, Cvno, Heinricus de Stritberc.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 438.

Digitized by Google

CCCCLXXXI.

Circa 1230. *Heinrich, Graf von Ortenburg, schenkt sterbend dem Kloster Reichersberg das Gut Stockarn zum Seelgeräthe.*

In nomine Domini Amen. *Hainricus Dei gracia Comes de Ortenberch* universos, ad quos manaverit presens scriptum, nosse cupio, quod in articulo mortis constitutus ob remedium anime mee sive successorum meorum tradidi Ecclesie sancti Michaelis in *Reichersperge* mansum in *Stokcharn* liberum ab omni iure advocacie in usus et subsidium fratrum et sororum Deo inibi famulancium. Ut igitur hec tradicio in posterum maneat inconcessa (inconcussa), presentem paginam sigilli nostri appensione munitam ipsis dedi ad testimonium et cautelam testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt *Chunradus Comes de Wazzerburch, Theodericus Abbas de Alderspach, Timo et Ulricus Sacerdotes de Steinkirchen, Otto de Stürpach, Wernhardus de Harbach, Wernhardus de Rotawe, Ulricus Cellerarius, Chalochus Marscalcus* et alii quam plures.

Mon. boic. IV. 435.

CCCCLXXXII.

Circa 1230. — *Schiedbrief Bischof Gebhard's zu Passau zwischen dem Pfarrer zu Saxenkirchen und Herrn H. von Ernestinge wegen der Capelle zu Hofkirchen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *gebehardus* dei gratia *Patauiensis* episcopus uniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Ad tollendam in posterum omnem calumpniandi materiam facta modernorum siue negotia litterarum indigent testimonio confirmari. Huius ergo occasionis inducti necessitudine, notum esse uolumus tam futuris quam presentibus, qualiter lis controuersie, que inter plebanum de *sæhssenchirchen* ex una parte et inter dominum H. *de Ernestinge* ex altera parte super capella in hofchirchen iam diu uertebatur, prudenti arbitrorum consilio tandem in hunc modum fuit decisa. Arbitratum est enim ab arbitris utriusque partis, ut quatuor dominicales curie et curtes ipsis attinentes ad terminos iam dicte pertineant capelle, curtes dico presenti tempore cultas ita, ut coloni predictarum curiarum maiores decimas consueto iure et more persoluant plebano matricis ecclesie, sepulturam nichilominus recipiant apud capellam.

Digitized by Google

Qui uero in curtibus prefatis consistunt, decimales nummos suo exhibeant capellario. Dotes quoque eiusdem ecclesie datis maioribus decimis parrochiali ecclesie apud capellam recipiant sepulturam. Indifferenter uero tam isti quam illi sollempnem baptismum et placitum christianitatis habeant aput matricem ecclesiam. Cetera uero predia prefati domini H. in terminis sint parrochialis ecclesie. Sed et hoc adnexum est, ut decima unius curie in *sæhssendorf*, quam *perengerus decanus in ardarcher* eiusdem ecclesie tunc sacerdos hucusque iure suo receperat, eo decedente de cetero in usus cedat plebani de sæhssenchirchen. Ad compositionis quoque huius remedium et firmitatem emptum est prediolum quoddam in *sæhssen* et solutum precio utriusque aduersariorum, ut in usus predicte cedat parrochie et sit in signum et memoriale huius decisionis sempiternum. Et ut hec rata et inconuulsa perpetuo perseuerent, presentem paginam sigilli nostri inpressione et testium subscriptione conmunimus. Sunt autem hii testes: *Rudigerus abbas de pŏmgartenberge, Herrandus prepositus de Walthusen, Perengerus decanus de ardacher, Chunradus plebanus de Mitterchirchen, Heinricus plebanus de sæhssenchirchen, Vlricus de sæhssen, Wezilo de tanne, Schroto de chnapperberge, Otto de Hædrichespach, Vlricus de harde, Heinricus de Mitterchirchen, Heinricus de inneruelde* Et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz Beiträge, IV. 448.

CCCCLXXXIII.

Circa 1230. — *Heinrich und Chunrat von Volckendorf (Volkenstorf) verleihen dem Johann von Merswang Renten zu Rauhenwart.*

Nos *Heinricus et Chunradus fratres de volchendorf* Notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis, quod nos domino *Johanni de Merswanch* patruo nostro de bonis nobis collatis x. solidos reddituum in *Rorhenwart* contulimus presentibus testibus infrascriptis, qui sunt hii, *Dominus Hermannus de Wolfgersdorf, Dominus vlricus, Dominus Marchardus, Dominus Chunradus fratres de Pilichdorf, Dominus Leupoldus de Sachsengange, Ropoto de sancto vito, Heinricus pincerna de hagspach.*

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien.

Digitized by Google

CCCCLXXXIV.

Circa 1230. — *Die Äbbte zu Raitenhaslach und Ranshofen vergleichen sich vermöge eines Schiedsspruches dahin, dass das Patronatsrecht der Capelle in Neukirchen Letzterem zusteke.*

Ego *Chunradus abbas in Raitenhaslach* cum collegio suo et Ego *Hainricus prepositus in Ranshouen* cum contu (sic, conventu) suo in perpetuum. Cum agitaretur questio inter nos de proprietate capelle in *Neunchirchen* fundate in patrimonio beati Pancracii Ranshouen, site uero in terminis parrochialis ecclesie *Halspach*, que spectare dinoscitur ad monasterium Raitenhoslach, multis hinc inde habitis racionibus, laboribus et expensis de consilio prouidorum uirorum, ut liti finem inponeremus, ius utriusque ecclesie arbitrio commissimus quatuor personarum duarum uidelicet utriusque monasterii hac condicione interposita, ut, si quatuor predicti in forma conposicionis concordare non possent, secundum arbitrium *Chunonis decani Maioris ecclesie Saltzpurgensis* totum negocium terminaretur et utraque pars per publicum instrumentum, ut staret ipsius arbitrio, firmiter compromisit. predictis igitur quatuor personis uidelicet priori et camerario de Raitenhoslach et decano et cellerario de Ranshouen ad arbitrium conuenientibus et concordare non ualentibus decanus saltzpurgensis sub presencia magnorum uirorum secundum prescriptam formam arbitratus est ita uidelicet, ut plebanus pro tempore in Halspach recipiat Capellam in Neunchirchen de manu prepositi iure patroni cum sua dote et eandem Capellam inofficiet, Ordinacio uero decimarum, de quibus eadem Capella in tecto luminariis et aliis necessariis prouideri debet et elemosina in festo sancti emmerammi distribui ad disposicionem pertinebit prepositi in Ranshouen. Et quia eadem capella disconsecrata esse dinoscitur, tam prepositus de Ranshouen quam plebanus de halspach reconsecracionem ipsius ecclesie procurabunt. Hoc autem arbitrium publicatum est presentibus *alberto preposito maioris ecclesie Saltzpurgensis, Perhtoldo abbate de Bur, Hermanno preposito de werde, Pernhardo et Canonico et Plebano Saltzpurgensi, Gerhoho de matse, Rudolfo de Chothibach, Hainrico de Helphaw, Ortolfo et wolframmo militibus* et aliis quam pluribus. ut autem hec forma arbitrii

Digitized by Google

rata in futurum habeatur, sigillum maioris ecclesie Saltzpurgensis una cum sigillis nostris apponi petiuimus huic carte.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCCCLXXXV.

Circa 1230. — ***Schiedspruch zwischen dem Propste von St. Florian und Rudolf von Lauterbach wegen eines Gutes zu Polan bei Penking.***

B(ernhardus) dei gratia prepositus et Capitulum in *domo sancti floriani* vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Presentis pagine testimonio secuture posteritatis notitie declaramus, quod cum inter nos et *Rudolfum de Lauterbach* nobilem virum controuersia uerteretur super predio sito *Polan* iuxta *Penchin* cum suis attinentiis et Molendino vicino et duobus pomeriis et ortulo vno nobis proponentibus vniuersa hec ad ecclesiam nostram pertinere et nos ea iusto et libero ac legittimo donacionis tytulo possedisse; sed predictus R. (sic) e contrario contendente eadem omnia sua esse et ad uicinum predium suum pertinere, Abbate de *Glaůntch* et domino *Alberone de polnhaim* et aliis bonis viris mediantibus actum est, vt vtraque pars super eadem controuersia in arbitros conpromitteret et electi sunt arbitri ab utraque parte, qui recepta promissione vtrimque de ratihabitione diligenter inter se tractatu de ipso negocio prehabito talem tandem formam arbitrii expresserunt, quod prefatus R. de lauterbach pomeria et ortulum, de quibus questio fuit, absque contradiccione qualibet pacifice in posterum retineret et prepositus in eiusdem (sic) pro se et suis successoribus liti renunciaret, et quod sepe dictus R. super predio in Polan sito cum suis attinentiis et Molendino pro se et suis heredibus liti renunciaret et quod prepositus tam ipsum predium quam molendinum sepius memorato R. pheodali iure concederet et nichilominus *Waltchůno de Hofsteten* seruienti prepositi sub eodem iure eadem concedere teneretur, et hoc arbitrium a partibus est receptum et adprobatum et accedente renunciacione et manuali vtrimque concessione facta corroboratum. Vt autem premissum arbitrium a partibus receptum et adprobatum in posterum ratum et inconuulsum perpetua firmitate consistat, hanc inde paginam conscripsimus et tam sigillum nostrum quam abbatis de Glaůnch, qui

Digitized by Google

vnus ex arbitris extitit, eidem appendi fecimus. Huius rei testes sunt *Albero de Polnhaim, Leutoldus de Pernaw, Hainricus de Puch, Heinricus, Otto de Trun, Seyfridus de Nezzelbach, Heinricus de Winperge, Wergant seruus Episcopi, Bruno, Chunradus Rufus, Meingodus magister hospitum.*

Aus einem Copialbuche sec. XV. im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLXXXVI.

Circa 1230. — *Der Propst von St. Florian, der Dechant von Enns, Ulrich von Grünenburg und Ulrich von Lonstorf, von Bischof Gebhart beauftragt, zu untersuchen, wie weit die Grenzen der Zehentgerechtigkeit des Klosters Garsten reiche, beurkunden, dass selbes die angezeigten Grenzen zwischen den Flüssen Rubinich nicht überschritten habe.*

P. prepositus de *domo sancti Floriani*, W. decanus de *Aneso*, Vl. de *grênenburch*, Ol. de *Lonsdorf* vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Vniversis hanc paginam inspecturis presentium testimonio declaramus, quod domino nostro *Gebhardo Pataviensi episcopo* quorumdam suggestione uisum est, quod Abbas de *Gærstin* decimas quorumdam noualium inivste detineret, que ad episcopum de jvre spectare deberent, super que dictus Abbas priuilegia sua domino episcopo in *Holnberch* presentauit duce Austrie et styrie et multis aliis illustribus viris presentibus. Verum dominus episcopus priuilegiis exhibitis sibi inspectis benigne recognovit prefato Abbati et monasterio Gærstensi omnia iura in eisdem priuilegiis expressa et nobis dedit in mandatis, quatinus ad loca illa, de quibus questio inciderat, pariter accedentes diligenter inuestigaremus, si Abbas sepe dictus terminos in priuilegiis suis expressos in percepti one decimarum alicubi fuerit transgressus et, quod inivste fuisset presumptum, auctoritate ipsius reuocaremus. Nos igitur inivnctum nobis mandatum fideliter exequentes ad loca supra dicta pariter accessimus atque diligentia, qua potuimus, subtiliter inquirentes evidenter inuenimus memoratum Abbatem nullas decimas percipere uel detinere, nisi que Gærstensi monasterio a Pataviensis ecclesie pontificibus testimonio priuilegiorum suorum docentur tradite et confirmate, habentes terminos indubitabiles in priuilegiis expressos inter duos equiuocos fluuios uidelicet *Rûbnicham* superiorem et inferiorem. Porro ut Abbas

Digitized by Google

Gærstensis monasterii, qui pro tempore fuerit, huius nostre inquisitionis et processus habeat memoriale testimonivm et ostendere possit, si necesse fuerit, hanc inde paginam conscribi fecimus sigillorum nostrorum inpressione roboratam.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, von denen das erste stark beschädigt, das zweite abgefallen ist, im Archive zu Garsten.

CCCCLXXXVII.

Circa 1230. — *Heinrich, Abbt von Kremsmünster, entsagt zu Folge eines Schiedspruches allen Ansprüchen auf den Zehent zu Grünach zu Gunsten des Klosters Lambach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *heinricus* dei gratia abbas in *chremismunster* et conuentus. Cum ante conspectum diuine maiestatis super omnia dona uirtutum maior omnium sit caritas, que est concordia fratrum et amor proximorum, ex precepto saluatoris omnium omnes ad bonum pacis et concordie tenemur reuocare. Igitur nos et fratres nostri in Chremismunster habentes litem cum uenerabilibus fratribus nostris in *Lambach* super decima et terminis in prediis ipsorum in loco, qui *Grünah* apellatur, considerantes posse grauari tam ipsam quam et nostram ecclesiam expensis grauibus decreuimus facere conpositionem amicabilem super eadem lite ex consensu partis utriusque et conmisimus ex utraque parte in arbitros. Qui deuote laborantes ad conseruandam pacem et quietem utriusque ecclesie sicut uiri discreti et prouidi trutinata hinc inde causa suscepta arbitrati sunt, ut nos ipsis predictis fratribus de Lambach deferentes cederemus liti acceptis ab eis in concambio xl. libris publice monete. Et ne hec actio in posterum a nostris successoribus reducatur ad querelam, sed firma et inconuulsa permaneat in perpetuum, scripto et sigillo nostro roborauimus adiecta testium astipulatione subscriptorum. *Heinricus plebanus de Tauersheim, Rubertus de Chremstnunster* (sic), *Chunradus de Steininchirchen, Hartwicus de Hœningen, Ernsto de Asperge et Chunradus frater eius, Ernsto de lapide, Merboto Oede, Chunrat Rôt, Heinricus, Chunradus, Hartwic fratres, Chunradus de Ahliten, Vlricus munzil, Dietricus pramhas, Diemar posach,*

Digitized by Google

Chunradus de Nithartingen, Otto, Fridericus, Rudgerus fratres de Haibrehtingen, Chunradus, Alramus fratres de Widemsbach, Heinricus de Hornarn, Heinricus, Fridericus fratres de Hohenberge, Dietmar de Hofarn, Otto de Savmittingen et alii quam plures.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, im Archive des Klosters Lambach.

Digitized by Google

Anhang.

Digitized by Google

Digitized by Google

Anhang *).

I.

Circa 504. — *Papst Symmachus erhebt den Bischof Theodor von Lorch zum Erzbischofe und Metropoliten von Pannonien, und verleiht ihm das Pallium.*

Simachus sancte apostolice sedis gratia dei episcopus reuerentissimo et sanctissimo fratri *theodoro Laureacensis* ecclesie archiepiscopo. Diebus uite tue pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem et ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato Petro apostolo uniuersus grex dominicarum ouium, que ei commisse sunt, Habere non dubium est, ab apostolica sede, sicut decuit, poposcisti, quod utpote ab eisdem apostolis fundate ecclesie maiorum more libenter indulsimus ad ostendendum, te magistrum et archiepiscopum tuamque sanctam laureacensem ecclesiam *prouincie pannoniorum* sedem fore metropolitanam. Idcirco pallium, quod ex apostolica caritate tibi destinamus, quo uti debeas secundum morem ecclesie tue sollerter amnonemus pariterque uolumus, ut intelligas, quia ipse uestitus, quo ad missarum sollempnia ornaris, signum pretendit crucis, per quod scito te et fratribus debere compati de mundialibus inlecebris in affectum crucifigi. Vnde ergo cum de foris huiusmodi insignio indueris, intus in animo considera, quod hoc sit magis oneris quam

*) Enthaltend die apogriphen Bullen des VI., IX. und X. Jahrhunderts für die Erzbischöfe von Lorch, und das Schreiben Bischofs Pilgrim von Passau an den Papst Benedict (I—VII.), dann einen Nachtrag von neun, das Kloster Kremsmünster betreffenden Urkunden (VIII—XVI.) aus dem Urkundenbuche von Kremsmünster (Wien 1852.)

Digitized by Google

honoris, ad quem cor tuum deo regente ab apetitu istius seculi sic tempera, ut commissam exequi gucernacionem studeas et adepte dignitati, cuius sublimaris oficio, et probitate morum et uiuacitate sollicitudinis ac custodia integerrime fidei congrvas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum deo et benedictionis gratiam uitamque eternam consequi merearis. amen.

Var. diplom. roman. pontif. ex cod. msc. richersberg. (München 1611), pag. 5. — Hund, Metrop. I. (edit. München) 289, (edit. Regensburg) 112. — Ludwig, Sept. rer. Germ. II. 352. — Hansitz, Germ. sacra, I. 7 und 88. — Lambec, Comment. (edit. Kollar.) II. 329. — Lünig, Reichsarchiv, XVII. 756. — Mon. boic. XXVIII. II. 195, Nro. 1, ex cod. tradit. patav. III.

II.

824—827. — ***Papst Eugen II. verkündet genannten Bischöfen und Herzogen von Hunnien und Mähren, er habe dem Bischofe Urolf von Passau die erzbischöfliche Würde und das Pallium verliehen, und zugleich das apostolische Vicariat in Hunnien, Mähren, den Provinzen Pannoniens und Mösiens übertragen.***

Evgenivs Episcopus seruus seruorum Dei *Rathfredo* sanctæ *Fauianensis Ecclesiæ* et *Methodio* Ecclesiæ *speculi Juliensis*, quæ et *Suguturensis* nuncupatur, atque *Alehvvino* sanctæ *Nitrauiensis* Ecclesiæ parique modo *Annoni* sanctæ *Vetuarensis* Ecclesiæ *Episcopis*, simul etiam *Tvttvndo* nec non *Moymaro Ducibus* et optimatibus exercitibusque plebis *Huniæ*, quæ et *Auaria* dicitur et *Marauiæ*. Desiderio salutis animarum vestrarum filij in Christo charissimi cum audiuimus Christianissimam conuersationem vestram et sanctæ fidei bonorumque operum vestrorum processum, summo gaudio atque lætitia fuimus exhilarati, quia diuina in nobis operante clementia, vt Apostolus ait: vbi habundauit delictum, ibi superhabundat gratia; atque quomodo sancta Dei Ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione vestra suscipit incrementum. Cuius optabilis moris index fuit reuerendissimus *Yrolphvs* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus* et sanctissimus frater noster, vester autem spiritualis pater, qui per suam sanctam prædicationem adoptiuos Deo vos genuit filios. Is itaque ad Apostolorum limina orationis causa veniens nouam Ecclesiam nostris Apostolicis benedictionibus informandam subnixe commendauit, quam domino auxiliante Catholice gubernandam in vestris partibus suscepit, jn quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque

Digitized by Google

ætate, vt è lectione certum est, in septem Episcoporum parochias antecessores sui iure Metropolitano obtinuerant diœcesin. Qua igitur ex iustitia et lege præfatus Deo dignissimus Archiepiscopus debito obligatur, vt illi terræ prius Christicolæ atque suorum antiquitus antecessorum creditæ prouidentiæ, quam nunc vos Dei Omnipotentis occulto mediante iudicio velut hæreditariam possidetis ipse Euangelicus agricola diu negata cælestis spargat semina vitæ atque in lucrandis Christo animabus rediuiuam de vobis nutriat segetem; Quem uero doctissimum diuini Oraculi ministrum saluti vestræ cognoscentes per omnia necessarium fide et exemplo probatum merito erga illum Apostolicam seruantes sententiam, qua dicitur: Quomodo credent sine prædicante aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur? ab hac sancta Romana matre Ecclesia vobiscum Rectorem transmisimus atque in præfatis regionibus *Hunnia*, quæ et *Auaria* appellatur, sed et *Marauia* prouinciarum quoque *Pannoniæ* siue *Mesiæ* Apostolicam vicem nostram et diœcesim atque ius Ecclesiasticum exercendi et vsum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ* Archiepiscoporum, sibi successoribusque suis canonica authoritate committimus atque huius constitutionis nostræ decretum subscriptionis priuilegio roboramus. Pallium præterea iuxta consuetudinem antiquam sanctitati suæ dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut prædecessores nostri suis prædecessoribus concessere, priuilegiorum suorum scilicet integritate seruata; Cuius dilectioni quamuis hoc debito permitteremus, propter vestras autem petitiones super hac re flagitantibus ad honorem suum nostram Apostolicam vicem et auctoritatem insuper accumulauimus, quod nunquam suis permissum est prioribus. Quatenus et vos Confratres et Coepiscopi deinceps ei reuerentiam ampliorem exhibere sciatis et in sana doctrina cœlestis eruditionis ad ædificationem vestram vt filij sapientes obediatis atque vos laici primates et vulgus saluberrimus præceptis suis non velut homini sed tanquam Deo humiliter obtemperetis et in fide Catholica, quam per Dominum Jesvm consecuti estis, fortes permaneatis. Nam totius doli artifex Diabolus, cuius dominio et pompis in Baptismate abrenunciastis, iacturam et damnum vestræ salutaris surreptionis molestè patitur ac per varias occasiones Zizaniam perfidiæ seminando velut multà iniurià bachatur et vt vestrum aliquis terga vertat sanctæ professioni incessanter molitur. Quapropter sæpe dicti Archiepiscopi videlicet Pastoris vestri à Deo destinati institutionibus benignas aures præbete, qui vos et

Digitized by Google

versutiam Sathanæ cauere atque eius æternos cruciatus euadere instruit ac ipse in die iudicij de bonis operibus vestris seculorum Domino perpetua remunerandos gloria præsentabit. Ad perfectam autem et necessariam eruditionem vestræ salutis, vt comperimus, non sufficiant pauci, qui modo constituti sunt vobis Episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam præconum diuini verbi nondum peruenit notitia Christi. Ideirco enim, vt accrescat turba fidelium, studeat solertia vestra pro mercede et remissione peccatorum vestrorum adminiculum atque iuuamen præbere Reuerendissimo *Vvolfo Archiepiscopo*, quatenus dudum illic constitutorum Episcoporum numerus impleatur, qui congruè constituti et vobis posterisque vestris poterunt esse proficui, si ad restaurationem Ecclesiarum propter nomen Domini de possessionibus vestris, quas reditus dotesque earum fama diuulgante quondam fuisse noueritis æternam sufficientiam vobis comparantes eisdem Ecclesiis ipsi conferatis idoneis viris ad hoc ministerium electis maxime in illis locis, si opportunitas et vtilitas commendauerit; ordinentur antistites, vbi indicia Ecclesiarum et ædificiorum Sedes Pontificales olim fuisse demonstrant, sin autem illius arbitrio et deliberationi, qui vel vbi disponantur Episcopi, concedimus, cui vicem nostram apud vos Ecclesiastici regiminis per omnia commisimus. Bene valete.

Hund, Metrop. Salisburg. (edit. Ratisb.) I. 230. (edit Monac.) I. 346. — Ludewig, Script. rer. Germ. II. 360. — Hansiz, Germ. sacra, I. 149. — Mansi, Conciliorum collect. XIV. 412. — Fejer, Cod. dipl. Hungariae, I. 158. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 14. — Dümmler, Pilgrim von Passau, pag. 115. — Confer Jaffé Reg. pontificum, pag. 225, Nro. 1946.

III.

Circa 937. — *Papst Leo VII. verleiht dem Bischofe Gerhard von Lorch das Pallium.*

Leo Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo et sanctissimo confratri nostro *Gerhardo* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopo* omnibus diebus vitæ tantum tuæ ex hinc ammodo. Si pastores onium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et ne qua ex eis aut pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: Quanto sudore quantaque cura debeamus esse peruigiles nos, qui pastores animarum dicimur, attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam

Digitized by Google

dominicarum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro nostra desidia ante summum pastorem negligentiæ reatus excruciet. Vnde modo honoris reuerentia sublimioris inter ceteros iudicamur. Pallium autem fraternitati tuæ ad Missarum solemnia celebranda concedimus, quo tibi non aliter Ecclesiae tuæ priuilegiis in suo statu manentibus vti largimur non solum in die consecrationis chrismatis ac Sanctae et venerandae resurrectionis Domini nostri Jesv Christi, seu in natalibus sanctorum Apostolorum atque beati Joannis Baptistæ, nec non in festiuitatibus sanctæ Dei genitricis Mariæ simulque in Domini Natiuitatis die, pariterque in solemnitatis Ecclesiæ tuæ die et natalicio tuo die, verum etiam in consecratione Episcoporum et Presbyterorum et quando a te Synodus celebratur, si forte conuenticulum illic fuerit neophytorum, qui ad fidem tua exhortatione sunt perducendi, nec non in festiuitate Sancti Stephani Prothomartyris sanctique Laurentij et illorum Sanctorum, qui corporaliter in tua requiescunt parrochia, vti concedimus die, sicut a prædecessore nostro Domino *Gregorio* huius almæ sedis præsule sancitum est. In secretario vero tua fraternitas pallium iuduere debet et ita ad Missarum solemnia proficisci et nihil tibi ausu temerariæ præsumptionis arrogare, ne, dum in exteriori habitu inordinatè aliquid arripitur, ordinate etiam, quæ licere poterant, amittantur; cuius quoniam indumenti honor modesta actuum viuacitate seruandus est, hortamur, vt et morum tuorum ornamenta conueniant, quatenus auctore Deo recte vtrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula in ipsa, si qua tortitudo illis ingesta est, dirigent, in ea, quod imitentur, aspiciant; in ipsa se semper considerando proficiant, vt tuum post Devm videatur esse beneficium, quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant neque aduersa deiiciant, sed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ deuincatur. Nullum apud te locum odia, nullum fauor indiscretus inueniant; Benignum te sentiant boni, districtum mali cognoscant; insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod vltus non fueris perpetrari permittas. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio, vnum scilicet, quod innocenter viuentes foueat, aliud, quod inquietos feriendo a prauitate compescat. Sed quod nonnunquam propositorum scelus, dum districtius malorum vult vindex exstitere, transit in crudelitatem correctio; iram iudicio refrena et censura disciplinæ

Digitized by Google

sic vtere, vt et culpas ferias et a dilectione personarum, quas corrigas, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subueniat, opprimentibus modesta correctio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam accipias, nullum quærentem iustitiam despicias; custodia in te æquitatis excellat, vt nec diuitem potentia sua aliquid extra viam apud vos suadeat rationis audere, nec pauperes de se sua faciat humilitas desperare; quatenus Deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter vti poteris, si Magistram caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce frater charissime inter multa alia ista sunt sacerdotij, ista pallij, quæ, si studiose seruaueris, quod foris accepisti, intus habes. Fidem autem, quam in tuis epistolis breuiter assignasti, licet latius explanare debueras, Redemptori tamen nostro gratias agimus, quod eam ipsa breuitate ratam esse cognouimus. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet atque in timoris sui via nos dirigat, vt post huius amaritudines ad æternam simul peruenire dulcedinem mereamur. Amen.

Hund, Metrop. Salisburg. I. 353 (edit. Monac.), I. 235 (edit. Ratisp.). — Ludewig, Script. rer. Germ. II. 352. — Hansiz, Germ. sacra, I. 191. — Mansi, Collect. conciliorum, XVIII. 376. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 77.

IV.

937—939. — *Papst Leo VII. verkündet genannten Bischöfen, dann Königen, Herzogen und Grafen in Gallien, Germanien, Baiern und Allemanien gewisse kirchliche Verfügungen, welche er auf an ihn gestellte Anfragen des Erzbischofs Gerhard von Lorch erlassen habe.*

Leo Episcopus seruus seruorum Dei Regibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus pari etiam modo *Egilolfo Juuauensis, Isingrimo Ratisponensis, Lantberto Frisingensis, Wisvndo Sebonensis Ecclesiæ* venerabilibus *Episcopis* et ceteris per Galliam, Germaniam, Bauuariam, Allamanniam commorantibus. Si instituta Ecclesiastica, vt sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent seruare Domini sacerdotes, nulla diuersitas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur, sed, dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel Ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur. Hac pro re fit

Digitized by Google

scandalum populis, dum multa in vestra prouincia contra canones Ecclesiasticos decretaque maiorum vsurpare videntur, quæ quidem possent facile resecari, si Episcopi in his non invenirentur auctores, qui secularibus intenti humanum fauorem captantes religionem violant ordinesque corrumpunt. Nos siquidem diuinis præceptis et Apostolicis incitamûr monitis, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Idcirco fraternitati vestræ cognitum facimus, quod *Gerhardus* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus* causa orationis ad limina veniens Apostolorum nostram Apostolicam præsentiam visitare et benedictionis gratiam à nobis percipere sollicité studuit et multa, quæ reprehensione digna sunt, nostris auribus lacrymosis vocibus intimauit tota cordis intentione à nostra Apostolica autoritate de his, quæ contra canonum regulam et decreta maiorum in vestris geruntur prouincijs, quærens consilium. Scitis enim, quod ab ipso Domino Beato Petro Principi Apostolorum eiusque Vicarijs omnium Ecclesiarum cura commissa est veritatis voce dicente: *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, cui etiam proprias oues commendauit dicens: *Si diliges me, pasce oues meas.* Et idcirco pro vniuersis Ecclesiis solicitudinem gerimus et veluti in specula positi, quod per totius orbis prouincias geratur, vigilanti cura insistimus. De quibus ergo Apostolicam sedem consuluit et qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus; Eius namque interrogatio feriatim talis erat:

De Auguratoribus et incantatricibus et maleficis vario modo mortificatis à populo, Si aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid veteris ac noui testamenti pagina censeat, manifestum est; In lege namque Moysaica scriptum est, maleficos non patiaris viuere: Similiter in Samuelis libro legitur, quia exterminauit Saul omnes phytonissas de terra, et alia, quæ enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, vt magis Ecclesiastico iudicio pœnitendo uiuant quam gladio vindice puniantur dicente Beato Paulo Apostolo: Non enim posuit nos Devs in iram sed in acquisitionem salutis. Quod si Ecclesiastica iudicia spreuerint, humanis subiacent legibus, meminisse enim debent; à Deo potestates fuisse concessas et ad vindictam noxiorum gladium fuisse permissum et Dei ministrum fuisse datum in huiusmodi vindictam; Et dum in talibus improbis legum exercetur authoritas dicente beato Innocentio: erit dictator inmunis.

Digitized by Google

Consultum est etiam, vtrum Episcopi Pax vobis an Dominus vobiscum pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem vestram prouinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim diebus et in præcipuis festiuitatibus atque Sanctorum Natalitijs Gloria in excelsis Deo Et Pax vobis pronunciamus; In diebus verò Quadragesimæ et in quatuor temporibus siue in vigilijs sanctorum et in reliquis ieiuniorum diebus Dominus vobiscum tantummodo dicimus.

Post hæc consuluit: Si Dominica oratio in benedictione ciborum debeat visitari. Quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis et sanguinis Domini nostri Jesv Christi hanc solummodo orationem sancti Apostoli decantabant et in Euangelio legitur, quia post Cœnam à Domino factam Hymno dicto exierunt in montem Oliuarum.

Post hæc interrogauit de eo; qui matrem et filiam spirituales in coniugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur, vt presbyterâ, diaconâ, monacha vel etiam spirituali conmatre aut spirituali filia nullus vtatur; Nam, qui huiusmodi opus perpetrauerit, sciat se anathematis vinculo innodatum et Dei iudicio condemnatum atque à sacro corpore et sanguine Domini nostri Jesv Christi alienum, et quicunque sacerdotum eis communicare præsumpserit, eorum iudicio condemnatus sacerdotij sui honore priuetur. Interrogauit etiam, si vir, cuius uxor meretricatus et abicitur, ea uiuente debeat uti coniugio, quod, quia interdicitur, innumerabiles a viris morti addicte sunt mulieres. De qua re, quid aliud dicere possumus, nisi quod dominus dicit in euangelio: Sed si se continere non possunt, in vicem revertantur, et si hoc nullatenus fieri potest, melius est illis iuxta apostolum nubere, quam uri, quia mundane leges concedunt illis, alteram ducere uxorem. Similiter namque quesiuit, si viro, cuius uxor a fratre polluitur, alio liceat uti coniugio. Scimus, quia iuxta quod sacri canones censent, mulier illa abicienda est et modis omnibus excludenda. vir autem eius ab illius peccato alienus est secundum scripturam, que dicit: Nemo enim alieno peccato punitur. Si autem se continere vir ille non poterit, non patet ratio, cur alteram non ducat uxorem. Dehinc intulit lamentabile et nimis lugendum, vt Domini sacerdotes publicè ducant vxores, et filij eorum valeant promoueri; Quod scelus, quia omnis sacra scriptura contradicit, quia sanctum et venerandum Nicenum Concilium vetat, ne sacerdotes cum fœminis habitare præsumant, multo magis ne

Digitized by Google

copulari vel sociari mulieribus debeant, iuxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæsariensi namque Concilio ita habetur: Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur, et qui in tali scelere fuerint reperti, nostra Apostolica authoritate omni priuentur honore. Filij vero eorum inmunes ab eorum peccato sunt dicente Propheta: filius non portabit iniquitatem patris, et in sacro Baptismate omnia dimittuntur peccata. Dehinc perquisiuit, si à Chorepiscopo Ecclesiæ debeant consecrari aut presbyteri ordinari vel consignatio chrismatis et manus impositio fieri; quæ omnia à Chorepiscopo ne fiant interdicimus iuxta Canonum decreta. In Concilio Antiocheno capite decimo sic continetur: Qui in vicis et possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem Episcoporum perceperint, tamen sanctæ synodo placuit, vt modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi Ecclesias, ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant, nec presbyterum nec Diaconum audeant ordinare. Siquis autem transgredi statuta temptauerit depositus, quo vtebatur honore priuetur.

Perquisiuit etiam, si vir et mulier tertio vel quarto gradu consanguinitatis coniuncti et inscij coniugio copulantur postea Dei respectu compuncti ostendunt se sacerdoti secretè confitentes peccata sua, vtrum valeant elemosynarum largitione ac bonorum operum exhibitione purgari; De talibus enim personis in veteri et nouo Testamento multa reperiuntur exempla maxime in Concilijs Gregorij et Zachariæ, in quibus hæc continentur: vt consobrinam, Nouercam, Neptem, fratris vxorem Nurum vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus coniugio præsumat sibi copulare. Siquis verò hoc nefario coniugio conuenerit et in eo permanserit, sciat se Auctoritate Apostolica anathematis vinculo innodatum et nullus sacerdos ei tribuat communionem, et si inclinatus diuisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ submittatur, vt sacerdos loci considerauerit.

De vastatoribus autem Ecclesiarum vnde inquisiuit, nihil aliud scribimus, nisi quod Pavlvs Apostolus ad Timotheum scribens ait: Argue, increpa, obsecra cum omni imperio.

His verò omnibus prælibatis fraternitatem vestram monemus per hanc nostram Apostolicam iussionem, vt huic *Gerhardo Archiepiscopo*, cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus in omnibus, quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent, obedientes et adiutores sitis, quatenus in vna concordia persistentes, vt Ecclesiastica iura ut

Digitized by Google

Christianitatis religio in vestris partibus, quæ pro paganorum incursione et malorum Christianorum persecutione corrupta et deprauata esse videntur, Domino largiente et beato Petro Apostolorum Principe cooperante ad rectitudinis normam valeant reformari et vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini dicentis: Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fidelis fuisti super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui. Præter hæc *Eberhardo Duci Bauuariorum* nostra authoritate iniungimus, vt præfato *Gerardo Archiepiscopo* in omnibus auxilium præstet, vt suæ Ecclesiæ status et rectitudo ac proprius vigor ad integrum culmen et priscum decorem suo iuuamine valeat peruenire, si Dei indulgentia et sancti Petri etiam suorum delictorum à nobis vult accipere remissionem.

Hund, Metrop. I. 49 (edit. Monacensis), I. 33 (edit. Ratisb.). — Ludewig, Script. rer. German. II. 354. — Hansiz, Germ. sacra, I. 192. — Mansi, Collect. conciliorum, XVIII. 378. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 79. — Dümmler, Pilgrim von Passau, 117.

V.

948. — *Papst Agapitus II. entscheidet die zwischen den Erzbischöfen Gerhard von Lorch und Herold von Salzburg entstandenen Zwistigkeiten wegen des Gebrauches des Palliums und Ausdehnung ihrer Diöcesen.*

Agapitus Episcopus seruus seruorum Dei fratri dilectissimo et reuerendissimo *Gerardo* sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo* in Christo salutem. Petitiones tuas pro renouandis siue approbandis Ecclesiæ tuæ priuilegiis venerabilis *Fuldensis monasterij Abbas Hademarvs* huc causa orationis veniens cum magna beneuolentia nostræ experientiæ suggessit pariterque jurgia et disceptationes grauissimas inter te et *Heroldum Archiepiscopum* pro vtrinque susceptâ in vna prouincia pallij auctoritate exortas flebiliter nunciauit, quod et ipsi ex debita pastorali cura nimio cordis mœrore dolemus detestabiliterque profanamus. Quippe sancta et vniuersalis Ecclesia, cui authore Deo præsidemus à religiosis atque pacatis sacerdotibus suis et in caritate non ficta solidatis quasi totidem columnis innisa fulcitur; discordantibus autem et aduersus se hostiliter inflante superbia animum tollentibus præsertim tantis Pontificibus velut euulsis sustentaculis casura non sine magno periculo et vigoris sui detrimento à

Digitized by Google

proprio statu concutitur. Insuper etiam, dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter huiusmodi contentio exercetur, agitur, vt in fraterna emulatione decor sacerdotij intus euacuetur.

Inde ergo frater Officium nostrum illud esse perpendentes, ne inimicitiarum fomite in vobis succrescente dissidium sanctæ Dei Ecclesiæ atque scandalum sine consilij et vtilitatis vestræ respectu diutius nutriatur, ad sequestrandum litem vestram accedimus nos arbitri tam ex sollicitudine à Domino regiminis iniuncti quam amborum vestrorum amore ad hoc permoti ita videlicet, vt et de prælibata conflictus vestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iustitiæ satisfaciamus, et vos omni explosa controuersia in fraternam concordiam Christo moderante reuocemus.

Notum est igitur literisque penes nos commendatum, quibus Ecclesiarum locis dignitas pallij ab hac Apostolica sede debeatur; Lauriacensem autem vrbem antiquitus Metropolitanam fore et Archiepiscopi sedem, cui sanctitas tua præesse dignoscitur, sicut in priuilegiis authenticis ad nos vsque à te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartæ vetustate admodum attritis in Archiuo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiæ et immanissima Christianorum persecutione à Doctoribus istius sedis Catholicæ fidei nouimus rudimenta percepisse et exinde à succedentibus prædicatoribus in *superioris* atque *inferioris Pannoniæ* prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque Pontificibus vsque ad tempora *Hunnorum* non alius quam sanctæ *Lauriacensis* præfuit *Archiepiscopus*, quorum barbarica feritas non solum prædictam Lauriacensem Ciuitatem verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit atque funditus desolauit. Inde quidem contigit, vt Episcopi hac necessitate compulsi sede illa deserta atque alio translata simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem nec multo retro elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno *Arno primus* sanctæ *Salzburgensis Ecclesiæ* subrogatur *Archiepiscopus*. Hæc testatur annosa memorialis sacri scrinij historia. Modo autem mortalibus propitiante Christo ab hostibus sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ* quiete et inhabitandi securitate concessa non alibi quam ibidem fraternitatis tuæ Cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Ecclesiæ sanctorum Patrum videlicet prædecessorum nostrorum, sed et beatæ memoriæ Domini *Leonis Papæ*, à quo Excellentia tua

Digitized by Google

